HIERONYMVS TORNIELLVS

SVBTILISSIMA AC DOCTISSIMA COMMENTARIA.

IN .L. A TESTATORE .FF. DE COND. ET demonſt.& in .l. in Quartam .ff. ad .l. Falcid. D. Hieronymi Tornielli Iuriſconſulti Nouarien. Clariſſimi in celeberrimo Patauino Gymnaſio Iuris Cæſarei, à veſperis Interpretis.

Cum Gratia, & Priuilegio.



PATAVII.
M D L V I I.

ILLVSTRI. ET REVERENDISSIMO VERCELLENSI Epiſcopo Petro Franciſco Ferrerio Guido Nepos. S. P. D.

QVOD iam aliquot Reuerendiſſime Patrue non dicā annis, ſed certe mēſibus tota mente à Deo opt. Max. expetebam id aliqua ex parte nunc mihi cōtigiſſe vehementer gaudeo, Tibi enim quem mihi Deus auctorem, Patronumꝗ ſalutis meę tribuit, ac vitæ meæ ducem vniuerſę eſſe voluit, rationem tum ocii, tum negocii mei reddere cupiebam, Et quamuis in altioribus ſtudiis quibus me addixi, ita vigilauerim, vt non nihil mihi ꝓfeciſſe videar, nō abſurdum tamē fore exiſtimaui, ſi tibi & aliquod in humanioribus indiciū ſtudiorum meorum aliqua occaſione prębuiſſem. Cogitabam autē ſubinde mecum, quonam tādem id, modo ſine vlla iactantię ſuſpitione preſtarē, & diu quidem me, ne quid tale aggrederer ꝓhibuit pudor, vt ego arbitror, non illiberalis. Sed dum iactantiæ notam timeo, nollem aliquo meo facto in deſidię ſuſpitionem incidere. non enim deſunt, qui iuuenum verecundiam ignauiam putent, & eos quaſi deſidioſos accuſent. Quare ꝙ hūc laborem ſuſceperim ſtudiorum meorum ſpecimē aliquod exhibiturus, ſpero te quę tua prudentia eſt, non oſtentationis ſed omnibus Italię ſtudioſis vtilitatis prębendæ, & deſiderio meo aliqua in parte ſatisfaciendi gratia, hoc à me fieri, iudicare. Nam cum ſuperioribus diebus Bononia Patauium migraſſem, & ad Excellentiſſ. Tornielli diſciplinam rediiſſem, eiq; legenda hoc anno difficilis materia l. in quartam ff. ad leg. Falc. occurreret, multiq; ſtudioſi nullum ad huc fuiſſe Doctorē intelligerent, qui verum huiuſce legis intellectum, vno excepto Torniello perceperit, qui ſine dubio celeberrimis omnibus noſtri temporis Iureconſultis, nō ſolum antecellit, ſed & antiquioribus ingenii acumine & ſcientia incomparabili, in vtroq; laudis genere poteſt adæquari, cuius cōmentaria cum omnes expeterēt ſummoq; deſiderio perquirerent, meq; vnum, qui ſummo ſtudio ſummaq; diligentia eius doctrinam ſector, ab eiuſq; latere nunꝗ̄ diſcedo, gratia valere, apud eum vel maxime intelligerent, Ipſe. n. ſumma me & fere paterna beneuolentia proſequēs, quę eius eſt ſingularis humanitas omni diligētia & ope quotidie vtitur quo me literis quam maxime exornet, & vt ſuarum laudum quę plurimæ ſunt, & ꝓculdubio eximię perpetuum, preconē quāuis longe imparē, aſſiduis me deuinciat officiis, ſummopere ſunt adhortati, vt eum exorarē, vt hæc ſua cōmentaria ad vtilitatē ſtudioſorum omniū i lucē ederet. Quod ego hac tandē lege cum obtinuiſſem (non .n. licebat per multa negocia in hęc nunc animū intēdere, & eo maxime cum breui tempore ſuarū lucubrationum partē, quas in hac florentiſſima Patauii Vrbe & alibi per multos annos, in maximo ſtudiorum cōcurſu publice interpretatus eſt imprimēdas fore nobis omnibus promiſit, totā huius rei prouinciam ſuſcepi. Soleo. n. à Doctoribus ac pręcipue à Pręceptoribus meis ſummo ſtudio curare vt mihi lecturæ adeo raræ ac ſingulares in ſcriptis tradantur, ſic. n. eas lectitando, non ſolum ſi quid notabile eſt in eis diligenter attendo, ſed & memoriæ, mandare id primum laboro. Quare cum iam exculſiſſimam hanc repetitionem à Torniello obtinuerim, ſummo ſum ab eo aſſequutus fauore quantum mecum ſtudioſi omnes optabant, hocque tantum opus, quod neſcio an alteri cui uis ſępius eſſlagitanti conceſſiſſet, vix mihi ſatis noto, vix petenti, officioſe admodum ac humaniter conceſſit. Pro cuius beneficii magnitudine, vix ſatis gratus viderer ſi vel ipſam vitam pro eius dignitate profunderem. Cum autem his bachanalibus & maxima diligentia ſummas rerum omnium, quo facilius in eo contenta à ſtudioſis inueniant, addidiſſem, & ſumma ope, vt omnia recte imprimerent, cōtēdiſſem, videremq; quantū ad huiuſce legis intelligētiā ablatiuorū abſolutorū cōferret expoſitio, & huic, L. A teſtatore ff. de cond. & demō. eiuſdem Autoris repetitionem addi curaui, In illa. n. tam clare indiſſolubilis quaſi eorum materia tractat, vt à nullo magis deſiderari potuerit, Eamq; non ſine ratione in hoc volumine prępoſui, cum & eius titulus anteceilere in libris digeſtorum titulum ad leg. Falcid. videamus, In quibus certe nemo erit, qui eas attente legens illius acumen non admiretur, non memoriā celebret, non ſapiētiam extollat. Tot. n. errores ſcribentium in iis ꝓdie, tot falſas deregit opiniones, tot ex ſua (quod aiunt) officina admiſcuit acutiſſimas quęſtiones ſubtiliſſime diſcuſſas, vt quiuis legendo mirabiliter allectus, vel eum antiqs præponere, vel ęquare ſaltim debeat, Plurima enim ſcitu & cōmendatione digniſſima nō exoleta, non in triuiis protrita, ſed quę ſumma legēdi dulcedine nō delicatas modo, ſed moroſiſſimas etiā aures mulcere, obiectareq; poſſint. Hic pulcherrimas quæſtiones, in quibus maxime auctoritatis ſcribentes vigilātibus (vt aiunt) oculis cecutiunt, acutiſſimis argumētis trutinat, ac diſcutit, legales terminos ſole clarius elucidat, ſenſuſq; Doctorū diligēter enucleat, interſerendo nouos ſemper & aureos intellectus diuerſis iuribus ingenioſiſſime accōmodatos, & ita omnia, à quibus ſe antiqui expedire nō potuerūt venuſtim ac feliciter explicat, claraq; reddit, vt legēti ſatietatē nullā, ſed potius voluptatē pariat incredibilē, quo fit vt diuinū potius, quā humanum ingenium accepiſſe à natura videat. Sed ne ſutor (vt dicit) vltra crepidā, ſatius eſſe duxi hæc pauca de eo leuiter attigiſſe quā ſingula hæſitabundus obſtrepere, cū laudes ei, aut hiſce eius ſcriptis addidiſſe decerpſiſſe ſit. Suſcippe igit libellum Patrue ornatiſſime, eumq; ab iniquorum obtrectatione tuere, i quo cum & ego nō parum laborarim, tibiq; cui multum debere fateor, cum aliqua ſtudii mei ratione exhibere, & deſiderio meo inſeruire vellē, nō abre eſſe exiſtimaui, ſi eum à Hieronimo Torniello tui ſtudioſiſſimo, ꝑcreatū ad te mitterē, & ſub tui nōis, atq; auctoritatis patrocinio quoadme ipſo aliquid (ve breui fore ſpero) ꝑueniat, publicarē ac oībus legendum curarem. Lubenti ergo animo, quod in tuo nomine editur, accipe, & alacriter editum cura, & foue, meque vt facis ama.

SVMMAE RERVM.

1 Ablatiui abſoluti in hac l. diſpoſitionem pariter, & conditionem inducunt & nu. 2
3 Heres Titie in caſu huius l. ſi fortè grauatus heres ſuperuiueret poſſet parere conditioni, & que ſit ratio nu. 14 & 15.
4 Ratio cur Sceuola non fuerit potius vſus alia ratione decidendi, quam ea, qua vſus eſt & nu. 15.
5 Fideicōmiſſum conditionale ad heredem non tranſmittitur.
6 De qua conditione ſenſerit claudius hic dubitari poſſe & latisſime de hac re nu. 3 nu. 18 & 22.
7 Caſum que continentur in ablatiuis in caſu huius legis, moriente grauato deſinunt eſſe in diſpoſitione, & qua ratiōe id fiat nu. 2 & nu. 10
8 Ius implende conditionis in caſu huius l. cur non tranſeat ad heredes.
9 Quotiens eiuſdem rei eſt conditio, cuius eſſe diſpoſitio, ius implende conditionis ſemper tranſit ad heredem, & quibus caſibus regula hec procedat.
13 Quid ſignificetur verbis iuriſconſulti hic ſimpliciter reſpondentis, heredem conditioni parere non poſſe.
17 Fideicommiſſum quando proprie dicatur conditionale.
18 Dictio, vt, modum inducit.
20 Quid à modo differt conditio.
22 Claudium hic probabiliter dubitare non potuiſſe an in propoſito eſſet modus.
22 Intellectus ad l. accepta. ſ. ad l. Fal.
21 Quid referat an fideicommiſſum idcirco intercidat quia ſit defectum conditione, an quia fideicommiſſarius pēdente cōditione deceſſerit.
24 Ablatiui abſoluti an, & quādo in vltimis volūtatibus inducant diſpoſitionem, & quando conditionem.
25 Ratio cur ablatiui abſoluti in vltimis voluntatibus diſponant.
26 Quibus caſibus ablatiui in vltimis voluntatibus non diſponant.
27 Illi ablatiui ſtantib. agnatis mater excludatur an, & quando in ſtatutis diſponant.
28 Teſtatoris, & ſtatuti diſpoſitio equiparatur.
29 Ablatiui quando referuntur ad fideicommiſſarium, qui nō ſit coheres an diſpoſitionem inducant, & qualem.
30 Fideicommiſſarius vniuerſalis non minus fideicommiſſo grauari poteſt, quam heres.
31 Ablatiui abſoluti in vltimis voluntatib. regulariter conditionem faciunt, & quibus caſibus hoc non procedat, & qua ratione hoc poſſit dignoſci nu. 12.
33 Tempus incertum in vltimis voluntatibus pro conditione habetur.
34 Ablatiui abſoluti an & quando in legib. & ſtatutis inducant diſpoſitionem, vel conditionem,
35 Ratio cur in rub. & l. 1. ſ. ſol. matr. ablatiui non faciunt conditionem.
36 Diſpoſitio per ablatiuos inducta an ſit tacita an.
37 Dominicūm rei tacitè legate ipſo iure in legatarium non tranſeunt.
38 Conditio inducta per ablatiuos, quid differat à cōditione, que importat perditionē ſi & nu. 40.
39 Quid referat an legatum annuum relinquatur mulieri ipſa permanente in viduitate, vel ſi permanſerit in viduitate, & quid in vſufructu eadem in forma relicto, & que ſit ratio differentie nu. 40.
42 Conditio inducta ab ablatiuis inducentibus etiam diſpoſitionem qualis ſit.
41 Ablatiui abſoluti an & quando in contractib. conditionem, vel diſpoſitionem inducant.
41 Conditio omnino extitura non reddit conditionalem actum, cui adiicitur & nu. 12.
44 Intellectus ad l. qui fidem ſupra de tranſlat.
45 Ablatiui, qui inſeri ſolent in alienatione rei emphitheotice cur non faciant conditionem.
45 Quando ablatiui dicantur continere duntaxat materiam diſpoſitiuam.
47 Ablatiui an, & quando in cōtractibus diſponant
48 Cur ablatiui in vltimis voluntatibus conditionem ſimul & diſpoſitionem inducant, & ſecus ſit in contractibus ſola voluntas ad fideicommiſſarium ſufficit nu. 40.
50 Ratio cur ablatiui de quibus in l. ab emptione ſ. de pactis non diſponant.
51 Quando ablatiui abſoluti nec conditionem, nec diſpoſitionem inducant quid importent.
52 Cauſa in preteritum, conditio in futurum conferri ſolet.

D. HIERONYMI TORNIELLI NOVARIENSIS IVRISCONSVLTI CLARISSIMI IN .L. A TESTATORE .FF. DE COND. ET DEMON.

COMMENTARIVS.

A TESTATORE rogatus &c. diuiditur in duas in prima quæſtio propoſita per vnã rationem deciditur, in ſecunda aſſertur ratio cur Sceuola non fuerit potius vſus alia ratione. Secunda ibi Claudius. Sed priuſquam deueniam ad diſcuſsionem principalis deciſionis huius legis adnotanda ſunt quædam, quæ hic
1 preſuppoſuit Iuriſconſultus. * Primò ꝙ
in l. noſtra ablatiui, abſoluti accepris cẽtũ idit
eſſe fideicõmiſſum, vt patet ex his verbis. Quæſitum eſt, an hęres Titiæ offerendo centum ex fideicommiſſo &c. quæ verba apertiſſimè indicant ea centum eſſe in fideicommiſſo, & hoc indubitati iuris eſt, cum ablatiui ad heredem hoc caſu referantur l. fideicommiſſa §. eum eſſet ſupra de leg. iu.

2 Secundò adnotandum eſt * hos ablatiuos hic inducere etiam conditionem, vt demonſtrat Iuriſconſultus, dùm reſpondet heredem cõditioni parere non poſſe. Et licet Claudius in poſtrema parte legis dicat poſſe dubitari an in propoſito conditio eſſet, tamen non reuocat in dubium quin ſit talis conditio, qua deficiente fideicommiſſum euaneſcat, ſed loquitur de ea conditione, quæ dicam fideicommiſſi, & eius tranſmiſsionem impediat, vt infra declarabo.

3 Tertiò adnotari debet * quòd licet hæres Titie non poſſit offerendo centum parere conditioni, atque ita conſequi fideicommiſſum hereditatis, tamen ipſa Titia id potuiſſet, vel etiã ipſe heres eo caſu, quo heres grauatus ſuperuiueret, poſſet enim oblatis centum cogere ipſum reſtituere hereditatem. Ita preſupponit hic tex. dùm conſultò proponit quæſtionem caſu quo Titia ſuper vixit coheredi grauato quaſi innuat non procedere propoſitam quæſtionem, nec deciſionem vbi ipſa Titia mortuo cohærede grauato vellet cõditionem implere, vel vbi ipſe coheres ſuperuixiſſet Titie & quæ ſit ratio differentiæ inter hos caſus infra declarabo.

Quartò quòd Iuriſconſultus in hac deciſione, quòd heres Titie offerendo centum non poſſit cõſequi partẽ hereditatis ex fideicõmiſſo, vtitur hac ratione, quia ſcilicet non poteſt impleri cõditio, & ſic, quòd fideicõmiſſum intercidat per defectum conditionis. Ita enim colligitur ex his verbis Reſpondi heredẽ con
4 ditioni parere non poſſe. * Sed cur non fuerit potius vſus ea ratione, quia ſcilicet Titia fideicõmiſſaria pẽdente adhuc conditione & antequã cedat dies fideicõmiſsi vniuerſalis deceſſit, quo caſu, licet poſt mortem fideicommiſſa
5 rii impleretur cõditio, nihilominus * fideicõmiſſum fieret caducum l. 1. §. ſin autem aliquid ſub conditione. C. de cad. tol. toto tit. ſ. quando dies leg. ced. Claudius hic in fine dicit idcirco Sceuolã illa potius, quàm iſta ratione vſum
6 eſſe * quia in propoſito caſu dubitari poteſt an ipſi ablatiui eam conditionem inducant, per quam fideicommiſſum efficiatur conditionale, cuius dies non cedat, neque tranſmittatur antequã eueniat cõditio. Et cõſequẽter ex hoc text. colligitur, ꝙ & ſi clarũ ſit, hos ablatiuos, acceptis centum, eã conditionẽ inducere, qua deficiente fideicõmiſſum extinguatur, tamen dubiũ eſt, an ipſi ablatiui importent eã conditionẽ, quæ impediat ceſſionẽ diei fideicõmiſſi, & eius trãſmiſsionẽ. Rationẽ huius ſ. declarabo.

Vltimò adnotãdum eſt, quòd licet in textu queratur de hoc, an ſcilicet heres offerẽdo centum ex fideicõmiſſo, & ſic, an ſatiſfaciendo diſpoſitioni fideicõmiſſi ipſorum centum poſſit conſequi hæreditatẽ, tamen, de hoc ſolũ reſpõdetur, ꝙ heres nõ potes, parere conditiõni. & i hoc, iuditio meo, tex. voluit preſupponere, ꝙ
7 * quãuis ab initio ipſa centum eſſent in fideicõmiſſo, tamen in caſu propoſito vbi predeceſſit coheres grauatus, & deinde Titia ſint ſolũ in cõditione, & propterea nõ poſſit agi niſi dumtaxat de implemẽto cõditionis, nõ autẽ fideicõmiſſo. Nã ſi ipſa centum eſſent in cõditione, & fideicõmiſſo & ita poſſet agi de implẽdo fideicõmiſſo, ſicut de implẽda cõditiõe, vti que reſpõſio nõ cõueniret interrogationi. Sed quõ hoc poſſit procedere paulopoſt declara.

Reueniendo nunc ad principalẽ deciſionẽ l. noſtre, vt ſcilicet ius implẽdi conditionẽ importatam per hos ablatiuos in propoſito non tranſeat ad heredes Titie fideicõmiſſariæ oritur prima difficultas, quã doct. nullibi rectè diſſol
8 uunt videlicet * cur in propoſito caſu ius cõditionis implendæ non tranſeat ad hæredes, cum iſta centum ſint & in conditione, & in diſpoſitione, per regulam illam iuris, quod *
9 quoties conditio eſt de eo, de quo eſt diſpoſi-

tio, ſemper vis implendi cōdititionem tranſit
ad heredem, prout tranſit diſpoſitio. l. diem
proferre.§.i. vbi gl. Bar. & alii not. ī. de arb.
l. Qui Rome.§. Flauius.j. de verb. obl. Bar.
& doct. in l. ſi decem cùm petiero. eodem tit.
idem Bar. in l. cui fundus.ī. eo. Cyn. Bal. Sal.
& Corn. in l. ſi plures. C. de cond. in ſert. hoc
enim caſu conditio regulatur iuxta naturam
diſpoſitionis l. falſa.§. ſi 1.ī. eo. l. ſtichum, qui
meus erit.ī. de le. 1. declaraui latiſſime in l. he
redes mei.§. cum ita.j. ad Trebel. Bar. hic in 3.
op. reſpondet ſupraſcriptam regulam proce-
dere quando agitur de damno vitando non
de lucro captando. ſed hec ſolutio confundi-
tur propter duo primo quia regula illa, quòd
conditio, quando eſt de eo, de quo eſt diſpo-
ſitio reguletur iuxta naturam diſpoſitionis
procedit indiſtincte etiā quādo ageretur de lu
cro. d. l. falſa.§. fin. d. l. ſtichum qui meus erit
l. Plautius verſ. Diuerſum.ī. eo. & declaraui
in d.§. cum ita, ſecundò quia ſi x heres graua
tus ſuperuixiſſet Titie, ius implēdi tranſiret ad
heredem Titie, vt preſupponit hic tex. ut. ī.
ad notaui, & tamen agit de lucro non minus
quam in caſu, quo deceſſiſſet ante Titiā. Pau-
lus Caſt. hic tradit aliam ſolutionem, quod cū
ipſum fideicommiſſum hereditatis, ꝙ eſt prin
cipale non tranſmittatur quia Titia pendente
conditione deceſſit ideò ſuperfluum eſſet ius
implēde cōditionis tranſmitti. Sed hec quoq;
ſolutio ſubuertitur per plura. Et primo quia
id, quod preſupponit Paul. quòd conditio in
caſu huius legis impediat diem fideicommiſſi
cedere, & eius tranſmiſſionem reuocatur in
dubium à Claudio hic in fine, & non determi
natur. Secundo quia hec ratio Caſtrē. militat
etiam in caſu quo heres grauatus ſuperuixiſ-
ſet Titie, & tamen (vt dixi) tex. preſupponit
hoc caſu ius implendi cōditionem tranſire ad
heredem Titie. Tertio, quia conditio impor-
tata per hos ablatiuos in caſu huius. l. non im
pedit diem fideicōmiſſi cedere nec eius tranſ-
miſſionē cum non fuerit demonſtrata perſona
dātis, vt eſt caſus in l. acceptis. in . fin. j. ad l.
falc. Poſtremo quia attenta ratione Pauli re-
darguendus eſſet Sceuola, quòd terminaſſet
queſtionem propoſitam per illam rationem
quia ius implendi conditionem non tranſeat
ad heredem, & ſic quia conditio omnino defe
cit, non autem per illam, quia fideicōmiſſum
moriente fideicommiſſario conditione pendē
ti eſſet effectum caducum, cum plurimum in
terſit an vno, vel alio modo extinguatur fidei
cōmiſſum, vt paulo poſt explicabo. Sed ego
poſtpoſitis aliis exiſtimo idcirco conditionem
non tranſire ad heredem Titie, quamuis ſit de
eo, de quo eſt diſpoſitio, quia diſpoſitio ipſo-
rum centum, de quibus eſt conditio non per-
manſit firma, ſed cenſetur extincta in morte he

redis grauati, qui deceſſit priuſquam obtuliſ-
ſet ſe paratum reſtituere hereditatē, vnde cū
poſt mortem heredis ipſa centum ſint ſolū in
conditione non autem in diſpoſitione propte
rea ceſſabit hoc caſu regola d. l. diem profere
§. 1. cum cōcord. Et quòd mortuo herede gra
uato, qui nunquam viuens obtulit ſe paratum
reſtituere hereditatem permaneat ſolum con-
ditio ipſorum centum, non autem diſpoſitio
preſuponit hic iuriſcōſultus, dū reſpondet he
redē conditioni parere non poſſe. quibus ver
bis indicat non poſſe amplius tractari de fidei
cōmiſſo implendo de quo tamen prius fuerat
poſita queſtio. ſed duntaxat de cōditionis im-
plemento. Difficultas in hoc ſolum reſidet, vt
10 declaremus * Cur in morte grauati de-
ficiat diſpoſitio ipſorum centū ex eo quia dū
dixit nunquā exhibuit ſe paratum reſtituere.
Ad cuius rationis declarationē preſuppono
duo, quę licet à ceteris non fuerint animaduer
ſa, ſunt tamen vera. primo, quod ſicut fideicō
miſſum hereditatis cenſetur relictū Titiæ ſub
cōditione, ſi ipſa ſit parata preſtare cētum ipſi
heredi ita etiam fideicōmiſſum ipſorum cen-
tum cenſetur relictum heredi ſub conditione
ſi paratus ſit reſtituere hereditatem Titiæ, vt
eſt caſus apertus in. d. l. fideicōmiſſa.§. cum eſ-
ſet.ī. de leg. 1. Quod ſi quis diceret non videri
verum hoc primum preſuppoſitum quia licet
abblatiui inducant cōditionem quo ad aliud,
hoc eſt, quo ad fideicōmiſſum hereditatis, ta
mē nō important conditionem quo ad ſe, hoc
eſt, quo ad fideicommiſſum ipſorum centum,
quod per ipſos ablatiuos importatur, vt Bar.
hic & alii tradunt. Reſpondetur quòd iſta con
ditio quo ad fideicommiſſum ipſorum cētum
non reſultat ex ipſis ablatiuis, ſed ex eo quia
duo hec fideicōmiſſa ſunt adinuicem correſpe
ctiua Nam cuius grauatur reſtituere heredita
tem alteri parato ſibi dare centum, & è con-
uerſo alius videtur grauatus preſtare centum
alteri parato reſtituere hereditatem. Quod ſi
rurſus diceretur fideicommiſſum ipſorum
centum non videri ſub conditione aliqua reli
ctum, ſed purum, & idcirco poſſe in heredem
grauati tranſmitti, vt hic concludit Bar. &
Paul. Reſpondetur quo ad tranſmiſſionem
cenſeri purum quia predicta conditio, dum-
modo heres ſit paratus reſtituere hereditatem
non impedit quin cedat dies fideicommiſſi ip-
ſorum centum, nec eius tranſmiſſionem, ſed
quo ad alia cenſeri conditionale hec enim con
ditio operatur, vt in eius defectum deficiat fi-
deicommiſſum ipſorum centum, & impedit
ne interim oriatur obligatio, & actio ad ip-
11 ſa centum * Sunt enim quedam condi-
tiones, quæ licet non reddant fideicommiſ-
ſum conditionale quo ad effectum ne cedat
dies fideicommiſſi, & ne tranſmittatur tamen

reddunt conditionale quo ad effectum ne in-
terim ante conditionis euentum oriatur obli-
gatio, & actio, & vt deficiente conditione
extinguatur fideicommiſſum, vt latè decla-
raui in l. 3. ſupra de legat. 1. Secundo preſup-
pono, quod iſta conditio, dummodo heres ſit
paratus reſtituere hæreditatem Titiæ defici-
at in morte ipſius grauati, qui viuens nun-
quam exhibuit ſe paratum reſtituere, & ra-
tio huius præſuppoſiti èſt aperta. Nam cum
ipſe heres ſemper vſque ad mortem retinue-
rit hereditatem, & nunquam oſtenderit ſe pa-
ratum reſtituere, apertè conſtat eum feciſſe
actum contrarium ipſi conditioni, merito ip-
ſa conditio eo moriente deficit cum nunquam
voluerit illam adimplere, neque hæredita-
tem reſtituere. Ex his duobus preſuppoſitis
colligitur ratio, cur in hac lege per mortem
grauati deficiat fideicommiſſum ipſorum cen-
12 tum. Nam ratio eſt, * quia ipſa centum
cenſentur relicta heredi ſub ea conditione ſi
ipſe ſit paratus reſtituere hereditatem, quæ
conditio deficit in morte, cum nunquam vi-
uens obtulerit ſe paratum ipſi conditioni pa-
rere, merito & ipſum fideicõmiſſum dictorum
centũ intercidet. Et hic adnotandum, eſt quòd
ſicut ius implendi conditionem preſtandi cen-
tum, & conſequendi fideicommiſſum hæredita-
tis non tranſmittitur ad hæredem Titiæ ita etiã
ius implendi conditionem reſtituendi hæredita-
tem, & conſequendi ipſa centum non tranſit ad
hæredem grauati, quod etiam præſuppoſuit
Scęuola dum reſpondet hæredem conditioni
parere non poſſe, quibus verbis complectitur
non ſolum hæredem Titiæ, ſed etiam hære-
dem ipſius grauati, & profecto miro quo-
dam myſterio iuriſconſultus voluit vltra prin-
13 cipalem deciſionem plura alia denotare *
& primo quod hæres grauati non poſſit im-
plere conditionem reſtituendi, hæreditatem
ad effectum, vt aſſequatur ipſa centum, de-
inde, quòd defecerit fideicõmiſſum ipſorum
centum ita, vt ea ſolum ſint in conditione,
poſtremo, quôd licet quo ad hæredem Ti-
tiæ tactari poſſit dę hoc, an poſſit implere con
ditionem de dandis centum non tamen poſſit,
tractari de implendo fideicommiſſo eorundem
centum quæ omnia digna ſunt ſumma adnota-
tione.

Secunda ſtat difficultas quæ ſit ratio differentie vt
ius dandi centum non tranſeat ad hæredes Ti-
tiæ caſu quo ipſa deceſſit poſt grauatum, & ſe-
14 cus ſit vbi ipſa prædeceſſiſſet * vt adnotaui
ſupra in tertio notab. Sed ſolutio huius difficul
tatis colligitur ex ſuperioribus. Nam vbi gra-
uatus ſuperuixit Titiæ ad huc extat fideicom-
miſſum ipſorum centum. quandoquidem ea
conditio, dummodo ipſe grauatus ſit paratus
reſtituere ſub qua ſibi fuerant relicta ipſa cen-
tum nondum defecerit, quia dùm viuit poteſt
ſemper reſtituere, & ſic parere ipſi conditioni,
& propterea eum hoc caſu adhuc ſubſiſtat di-
ſpoſitio ipſorum centum, de quibus etiam eſt
conditio merito ius implendi conditionem trã
ſiret ad hæredem Titiæ. d. l. diem. §. 1. de arb.
cum concord. quæ ratio ceſſat quando hæres
præmoritur, vt in hac. l. quia tempore mortis
Titiæ hoc caſu extat ſolum conditio, vt ſupra
declaratum fuit.

15 Tertia eſt difficultas * quia non videtur
quòd vbi Titia ſuperuixiſſet hæredi grauato
poſſet ipſa implere conditionem ipſorum cen-
tum in perſona hæredis ipſius grauati, & ſic, ꝙ
ius implẽdi cõditionẽ reſtituẽdi hereditatẽ trã
ſeat ad hæredem illius cui ſunt danda centum,
quàmuis ad heredem Titiæ, quæ debebat præ-
ſtare illa centum non tranſeat ius dandi illa cen
tum, & ſic adimplendi conditionem, vt hic præ
ſupponit tex. cum facilius ius implendi condi-
tionem tranſeat ad hæredem eius, qui debet im
plere conditionem, quàm ad hęredem eius, cui
dandum eſt ex cauſa conditionis. Bar. in l. ſi de-
cem cum petiero. nu. 2. j. de verb. obl. ſed re-
ſpõdeo eam doctrinam Bar. non poſſe intelligi
de conditione dandi illi qui ſit grauatus fideicõ
miſſo. hoc enim caſu quia cõditio intelligitur
de quocunque ad quem tranſibit onus fideicom
miſſi, propterea ius implendi ipſam conditionẽ
tranſibit ad hęredem grauati. Nam abſurdum
eſſet ad ipſum tranſire onus reſtituendi fideicõ-
miſſum, & non tranſire cõmodum conditionis,
vt in caſu ſimili dicit tex. in l. is qui in poteſtate
§. fin. ʃ. de leg. pręſt. id enim, quod grauato dan
dum eſt ex vi conditionis cenſetur relictum ſibi
in compenſationẽ fideicommiſſi ſibi iniuncti l.
deducta. §. nũmis. ver. cum autem. j. ad Treb.
l. filium quem habentem. ibi compenſatio pręte
rea etiã C. fam. hercis. vnde ſupraſcripta doctri
na procedit ſolum in conditione dãdi tertio nõ
grauato, quæ non poteſt cenſeri appoſita in cõ
penſationem alicuius oneris. hoc enim caſu ius
implendi conditionem non tranſit ad hęredem
illius, cui dandum eſt.

15 Quarta eſt difficultas cur * Scęuola hic
vtatur hac ratione, quia hęres non poſſit pare-
re conditioni, & ſic quia conditio fideicommiſ-
ſi hereditatis defecerit, & non potius illa quia fi
deicommiſſum hereditatis ſit effectum caducũ
per mortem Titie fideicommiſſarie decedentis
pendente conditione d. l. 1. §. ſin autem ali-
quod ſub cond. C. de cadu. tolen. & l. inter-
cidit ſupra eod Sed hanc difficultatem tollit
Claudius in poſtrema parte legis, quia ſcilicet
Scęuola magno vir ingenio voluit decidere
quęſtionem propoſitam per rationem, que eſ-
ſet certa, & aperta, cuiuſmodi eſt illa, quod
heres non poſſit parere conditioni, & ſic
quod fideicommiſſum vel conditione defectum

interciderit. Nã ſi vſus fuiſſet illa ratione, quia
ſcilicet fideicõmiſſum conditionale non potue-
rit pendente conditione tranſmitti, vtique ter-
minaſſet quæſtionem per rationem dubiam, &
incertam. Dubium eſt enim an ea militet in ca-
ſu propoſito, & ſic an ipſi ablatiui inducãt eam
conditionem, quæ impediat diem fideicommiſſi
cedere, & eius trãſmiſſionem, adeo quòd ſenſus
verborum Claudii eſt, quod poſſit dubitari an
ſit conditio, quæ impediat cedere diem fideicõ
miſſi, & eius tranſmiſſionem, non autẽ an ſit cõ-
ditio, per cuius defectum extinguatur fideicom
17 miſſum. * Tunc .n. fideicõmiſſum propriè
dicitur conditionale, quando conditio impedit
ceſſionem diei, & eius trãſmiſſionem, vt latè tra
didi in l.iii.ſ.de lega.i.l. Litera autem in ſecunda
parte huius l. ſic poteſt aptè conſtrui, ſi intellige
mus vſq; ad verſ. Claudius durare reſponſum
Sceuolę, & inde incipere reſponſum Claudii ap
probãtis reſponſum Sceuolę, & admirantis eius
ingenium, quod aperta potius, quàm dubia ra-
tione ſit viſus, vt ſtructura verborum ſit. Clau
dius, ſupple ait, vel ego Claudius dico, vt ſup-
pletur quando nomen authoris præponitur cõ
ſilio, ſeu reſponſo, magno ingenio de iure aper
to reſpondit, ſcilicet Scæuola, cum poſſet dubi
tari an in propoſito conditio eſſet.

18 Quinta eſt difficultas * qua ratione poſ
ſit dubitari an in propoſito ſit conditio, quæ im
pediat cedere diem fideicommiſſi, & eius tranſ-
miſſionem. Huic defficultati gl. Bart. & cõmu
niter deinde reſpondent, rationem dubitandi
facere illam dictionem, vt præpoſitã ipſis abla
19 tiuis * quæ ſolet importare modum, non
autem conditionem, vt in l. i. C. de his quę ſub
mo. & Inſt. de leg. §. longè. & ſ. de contrah. e t.
empt. l. ab eo. declarat Bar. in l. quibus dieb.
§. ſi .ſ. eo. Nam longa eſt differentia inter mo-
dum, & conditionem, quandoquidem condi-
20 tio impedit * cedere diẽ legati, et eius trãſ
miſſionem l. intercidit ſ. eo. l. i. §. ſin autem.
C. de cad. tol. & etiam impedit natiuitatẽ actio
nis, & obligationis, & omnino impleri debet
priuſquam legatarius aſſequatur cõmodum le-
gati l. cedere diem ĩ. de verb. obl. cum concord.
Sed modus nõ impedit, diem legati cedere, nec
eius tranſmiſſionem, nec natiuitatem actionis,
& obligationis, & poteſt impleri etiam poſt q̃ le
gatarius conſequutus fuerit cõmodum legati,
quia dummodo caueat de implendo modũ con
feſtim poteſt petere legatum d. l. quibus dieb. §
fin. Eſt verum, quod ſi poſtea nõ impleret mo
dum, tũc priuaretur commodo ipſius legati d.
l. i. C. de his quæ ſub mod. l. ſi hęres ſ. de cond.
ob cauſam. Præſupponit tamen deinde deciſio
nem tex. noſtri eſſe, quod ſit cõditio impeditiua
ceſſionis fideicommiſſi, & eius tranſmiſſionis.
Iſte intellectus doctorum non placet, & ex plu
21 ribus ſubuerti poteſt. * Primo quia ſi in-
tentio Claudii fuiſſet, quòd hic eſſet conditio,
quæ impediret tranſmiſſionem non obſtante,
quod poſſit dubitari, an ſit modus, certè loqu-
tus fuiſſet aduerſarius in hunc modum. Quam-
uis poſſet dubitari &c. vel cum tamẽ poſſit du-
bitari &c. Sed cum ſimpliciter dicat cum poſſit
dubitari, an in propoſito &c. negari nequit,
quia ita loquutus ſit, vt his verbis denotaret ra-
tionem eius, quod ſupra dictum fuit. Quę ratio
quòd poſſit dubitari an ſit conditio adaptatur
ad præcedentia ponendo caſum, vt ſupra dixi.
Præterea, cum hæc dictio, vt in caſu huius l. ſit
adiecta prouiſioni relatæ ad hæredẽ grauatum
(dictum enim fuit, vt acceptis centum, reſtituat
hæreditatem) certum eſt eam nõ importare mo
dum. Ea enim duntaxat importat modum, quã
do adiicitur prouiſioni relatæ ad honoratum,
vt habetur in d. l. i. C. de his quæ ſub mod. & in
d. l. quib. dieb. §. fin. Accidit quòd, hęc verba ſi-
gnificant, vt iſta centum accipiantur ab hærede
grauato, priuſquã fideicõmiſſarius aſſequatur
fideicõmiſſum hæreditatis, ita vt non admitte-
retur ad ipſum fideicõmiſſum cum cautione de
dando certum l. fideicõmiſſa §. cum eſſet ſ. de leg.
iii. Ergo ſequitur, vt hoc caſu nõ inducatur mo
dus, accipiendo modum, vt accipitur in d. l. qui
bus §. fi. & in rub. & per totum ti. C. de his quæ
ſub mo. videlicet pro ea diſpoſitione, quę debet
impleri per legatariũ, ſeu fideicõmiſſarium poſt
pręceptũ cõmodum relicti præſtita cautione de
modo implendo. Nec dici poteſt in l. noſtra du
bitari poſſe an ſit modus, recipiendo modum ia
ta ſignificatione pro quolibet fideicõmiſſo in-
iuncto illi fideicõmiſſario, quia cum certum ſit
hoc caſu ipſa centum eſſe in fideicõmiſſo d. §. cũ
eſſet, propterea de hoc nulla poterat eſſe dubi-
tatio. Et cum etiam vltra fideicõmiſſum ſubſit
conditio, quia ipſa centum ſunt dãda priuſquã
poſſit peti fideicõmiſſum hæreditatis d. §. cum
eſſet, & id quod debet impleri antequam poſſit
agi ex principali diſpoſitione ſemper habetur
pro conditione, vt declarat Bald. in rub. C. de
inſt. & ſubſt. vbi plura allegat. Poſtremo ſupra
ſcriptus intellectus doctorum cõfunditur, quia
non eſt verum id, quod ipſi præſupponunt, vt
in hac l. iſti ablatiui inducant conditionem im-
pedientem cedere diem fideicõmiſſi, & eius tran
22 ſmiſſionem * quoniã non fuit expreſſa per
ſona dantis, vt eſt caſus in l. acceptis §. ſi. ĩ. ad l.
Falci. Sed vera ratio, cur hic poſſit dubitari, an
ſit conditio, quæ impediat fideicõmiſſam tranſ-
mitti eſt quia in caſu l. noſtræ nulla fuerat ex-
preſſa perſona, quæ debuiſſet præſtare illa cen-
tum hæredi grauato. Simpliciter enim dictum
fuit, vt acceptis centum reſtitueret hęreditatem
Titiæ cohęredi ſuæ, propterea ablatiui hoc ca
ſu non inducunt conditionem impeditiuam ceſ
ſionis diei fideicõmiſſi, & eius tranſmiſſionem.
Nam tunc ſolum inducunt talem conditionem

quando fuit demonſtrata perſona dantis, vt eſt
caſus, qui conſtituit hanc differentiā inter vnū
caſum, & alium in d. l. acceptis in fin. Et ratio
differentiæ eſt, quia vbi nulla ſit expreſſa perſo
na, à qua ſint accipienda ipſa centum, ſenſus eſt,
vt accipiuntur ex hæreditate. l. deducta. §. mun
nis. j. ad treb. l. cum pater in prin. ſ. de leg. ii. vn
de cum ſit in facultate grauati per ſe deducere
centum ex hęreditate, & per ſe ſtetit quo minus
deduceret, ſequitur, vt perinde ſit ac ſi deduxiſ
ſet ſeu accepiſſet, & ſic conditio hoc caſu habe-
tur pro impleta quo ad effectum, vt fideicom-
miſſi dies cedat, & poſſit tranſmitti. l. iure ciui-
li. ſ. eo. & hæc ratio ceſſat vbi ſit expreſſa perſo
na dantis, ex quo non eſt in facultate grauati fa
cere, vt illa perſona expreſſa det ſibi ipſa centū
& hanc rationem differentiæ conſiderat iuriſ-
conſultus in. d. l. acceptis in his verbis (Quaſi
præceptam, & deductam pecuniam.) Et quam
uis hæc ratio, vt cum ſteterit per grauatū quo
minus impleret conditionem, ea habeatur pro
impleta quo ad effectum, vt cedat dies fideicom
miſſi, & poſſit tranſmitti, tamen non habetur
pro impleta quo ad effectum, vt poſſit agi, qui
ad huc requiritur, vt adimpleatur alioquin de-
ficiet fideicommiſſum, vt tradunt Bart. Bald.
Paul. & communiter deinde in l. cui fundus. ſ. eo.
per illum tex. qui non poteſt aliter intelligi, vt
aſſerit Paul. & Soc. in l. iure ciuili. ſ. eo. Firma
itaque ſtabit concluſio, vt ablatiui abſoluti re-
gulariter in vltimis voluntatibus inducat con-
ditionem quæ impediat diem legati cedere, &
eius tranſmiſſionem, quę limitetur ſolum quan
do non ſit expreſſa perſona dantis. & hæc eſt
ratio cur in propoſito fideicommiſſum heredi-
tatis non potuit cenſeri caducum, ratione, quia
non potuerit veluti conditionale tranſmitti de
cedente fideicommiſſario pendente ad huc con
ditione.

Vltima eſt difficultas * quid referat an fi-
23 deicōmiſſum intercidat ea ratione, quia ſit effe-
ctum caducum morte fideicōmiſſarii pendente
conditione, an deficiat quia deficit cōditio, quæ
nō potuit impleri, ad quam difficultatem reſpō
deo, quòd priore caſu fideicōmiſſum permane-
ret apud grauatum cum onere iniuncto illi fi-
deicōmiſſario l. i. §. pro ſecundo C. de cad. tol. l.
ſi ab eo. ſ. de vſuf. leg. Bart. in l. fideicōmiſſum,
ſ. de leg. i. Sed in ſecundo caſu, quando ſcilicet
fideicōmiſſum deficit per defectum conditionis
remaneret apud grauatum ſine onere iniuncto
fideicōmiſſario, nam illud onus cenſetur iniun-
ctum fideicōmiſſario ſub eadem conditione, ſed
quia ſibi fuit relictum fideicōmiſſum l. cum ſine
præfinitione §. cum ab eo. j. quādo dies leg. ced.
dixi in l. 3, nu. 49. ſ. de leg. 1. Nec obſtat tex. in
d. l. 1. §. ſin autem aliquid ſub cond. iuncto verſ.
ne autem C. de cad. tol. quoniam ibi caſus quan
do defecit conditio ſuperſtite legatario æquipa
ratur quidem cum caſu, quando legatarius pen
dente conditione deceſſit quo ad hoc, vt lega-
tum remaneat apud grauatum, ſed non quo ad
hoc, vt remaneat cum onere iniuncto illi legata
rio: Hoc. n. ſpecialiter fuit inductum in caſu,
quo legatum per mortem legatarii ante condi-
tionem efficeretur caducum, vt in d. §. pro ſe-
cundo.

Deueniendo nūc ad materiam ablatiuorum
abſolatorum, de duobus principaliter eſt vidē-
24 dum. Et * primo quando inducant diſpo
ſitionem, & conditionem in vltimis voluntati-
bus, ſecundò quando in cōtractibus, quo ad pri
mum habemus tres concluſiones certas & indu
bitatas.

Prima eſt quòd inducunt diſpoſitionem in
vltimis voluntatibus quoties referūtur ad rem
& perſonam, in quibus poſſit cadere diſpoſitio
l. fideicōmiſſa §. cum eſſet ſ. de leg. 3. l. ſi ſeruus §.
25 qui margaritam ſ. de leg. 1. * Ratio huius
concluſionis eſt, quia ablatiui indicant volunta
tem teſtātis eſſe, vt omninò fiat id, quôd in ipſis
continetur, & ſola voluntas de qua legitimè cō
ſtet, licet deſint verba diſpoſitiua ſufficit ad in-
ducendum fideicōmiſſum l. fideicōmiſſa §. hæc
verba ſ. de leg. 3. declarant Bar. & alii in l. peto
in princ. ſ. de leg. 2. eſt tex. in l. hæredes mei §.
cum ita j. ad Trebel. cum aliis concord. & quo
ad hanc nulla poteſt eſſe difficultas.

26 Secunda concluſio eſt, vt * non inducāt
diſpoſitionem in duobus caſibus. Primus quan
do referuntur ad rem, de qua nō poſſit diſponi.
Secundus quando referūtur ad perſonam, quæ
non poſſit grauari. Exemplum primi caſus eſt,
vbi teſtator dixiſſet. Filio meo decedente nullis
relictis ſeu nullis extantibus liberis, hæreditas
mea deueniat in Titiū. Nam cum hoc caſu ipſi
ablatiui referantur ad exiſtētiam liberorum, de
qua teſtator nō poteſt diſponere, propterea nō
inducūt diſpoſitionem, ita vt ipſi liberi cenſean
tur diſpoſitiue vocati, vt conſuluit Alex. conſi.
CIX. Viſo pręſtanti conſilio ad finē in 2. Curt.
Senior conſi. LXIIII. Antiquiſſima, ſequuntur
Rip. & Parp. in rub. ſ. ſolut. mat. Et hinc habes
notabilem ampliationem ad illā concluſionem
gl. cōmuniter receptam in l. Lucius la. 2. ſ. de
hęred. inſt. vt procedat etiam quando filii eſſent
poſiti in conditione per duos ablatiuos. Exem
plum etiam poni poſſet in eo, qui dixiſſet, adue
niente naui, vel Titio exiſtenti, vel effecto con-
ſule lego &c. Nam cum nec de aduentu nauis,
nec de conſulatu teſtator poſſit diſponere, meri
tò non induceretur diſpoſitio. Exemplum ſecun
di caſus poni poteſt in eo, qui dixiſſet. Acceptis
centum à Titio, reſtituas hęreditatem Męuio.
Nam cum Titius, ad quem referuntur ipſi abla
tiui non poſſit grauari, cum non fuerit honora
tus l. ab eo C. de fideicōmiſſ. l. ſi ſic. ſ. de legat. 1.
conſequens eſt, vt hoc caſu non poſſint diſpoſi-

tionem inducere. Sed tamē circa ſupraſcriptas duas concluſiones oriuntur quædam dubitatio n.s, quæ à cęteris non rectē ſoluuntur.

17 Prima eſt * an in ſtatuto, vt ſtãtibus agnatis mater excludatur, ipſi ablatiui diſponant, vt ipſi agnati cenſeantur diſpoſitiuè ad ſucceſſionē vocati. Nā etſi uera, & cõmunis opinio ſit q ſic. Bar. in l. 2. §. videndū. j. ad textu. in l. 2. §. fin. j. de col. bon. in l. 1. §. pen. infra. de bon. poſ. contratab. Bal. in l. ſi defuunctis. C. de iuſſet leg. in l. maximum vitium. C. de lib. præt. Alex. conſ. 185. viſo titulo queſt. col. 2. in. 2. tamen videtur ex prædictis confundi. quia cū hoc caſu ablatiui ſint relati ad exiſtētiam agnatorum, de qua ſtatutum non poteſt diſponere videtur quod non poſſent inducere diſpoſitionem. Et licet Rip. in rub. ſ. ſol. mat. nu. 14 reſpondeat idcirco hoc caſu diſpoſitionem inducere, quia excluſa, matre in conſequentiam admittentur agnati. & conditio ponit id, quod neceſſario ſequit, vel antecedit implementum conditionis l. pen. j. de col. dot. tamen hęc reſpõſio non diluit difficultatem. Nam ſi vltra matrem extaret etiam auus maternus, qui de iure communi pręfertur agnatis excluſa matre, certè hoc caſu in neceſſariam conſequentiam non admitterentur agnati niſi cenſerentur à ſtatuto ad ſucceſsionem vocati, ego verò dico idcirco hos ablatiuos diſponere in ſtatutis, quia ſubintelligitur alius ablatiuus, videlicet, & ſuccedentibus. nam licet extarent agnati, & non ſuccederent mater tamen non excluderetur l. 1. §. ſed etſi ſint ſui. j. ad Tert. l. ſcire. §. fin. j. de iure patr. l. 1. §. ſi filius. j. de contratab. & propterea hoc caſu ablatiui dicuntur de actu ſuccedendi de quo ſtatutum potuit diſponere. Sed in teſtamentis illi ablatiui ſtantibus filiis, ſeu nullis extantibus filiis idcirco non inducunt diſpoſitionem, vt. ſ. dixi nu. 14 quia non ſubintelligitur ablatiuus, & ſuccedentibus. modò enim extiſtant filii, licet non ſuccedant deficit conditio l. filius familias. §. cū quiſ. ſ. de leg. 1. Quid ſi ponas teſtatorem dixiſſe poſt mortem heredis mei ſuccedat Sempronius, ſed extantibus filiis, & ſuccedentibus, non ſuccedat. Hoc enim caſu ablatiui ſunt de actu ſucceſsionis, de quo teſtator potuit diſponere. Sed in propoſito caſu aduertendum eſt, quòd ſi ſimpliciter teſtator dixit, ſed extantibus, & ſuccedentibus. hoc caſu non cenſerentur diſpoſitiuè vocati filii, quia ille ablatiuus, & ſuccedentibus intelligatur de actu ſuccedendi illi heredi inſtituto de quo teſtator non potuit diſponere l. filiusfamilias. §. vt quis heredem. ſ. de leg. 1. l. ex facto in prin. j. ad Treb. ſed ſi dixiſſet, ſed extantibus, & mihi vel in hereditate mea ſuccedentibus &c. omninò cenſerentur diſpoſitiuè filii vocati quia hoc caſu ablatiui referuntur ad actum ſuccedēdi in hereditate teſtatoris de quo potuit diſponere teſtator, & propterea idem eſſet hoc caſu,

28 quod in ſtatuto quia * diſpoſitio teſtatoris, & ſtatutī æquiparantur l. ſi ita fuerit, ſ. de man. teſt. Bar. in l. 1. C. de his quib vt ind. & in l. non ſolum. §. morte circa pen. col. j. de op. noui nunc. Bal. in tit. de pace conſt. ver. criminalibus in vſib. feud. & in l. etſi poſt. ites. ſ.

29 ſi quis caut. Alia eſt dubitatio * an ablatiui inducerent diſpoſitionem quando eſſent relati ad fideicõmiſſarium, qui non eſſet coheres. in qua dubitatione. Doctè concludunt quòd non quia talis fideicommiſſarius non poteſt grauari. ita Bar. & Paul. hic. gl. Bar. Paul. & Alexan. in l. in ratione. §. tametſi. j. ad l. Fal. & pro hac opinione allegant. d. §. tametſi. & l. facta. §. reſcripto. j. ad Treb. ſed hæc opinio videt ſub

30 uerti poſſe ex pluribus, & primo * quia à fideicommiſſario vniuerſali perindè poteſt fideicommiſſum relinqui ac poteſt ab hęrede l. ſi patroni. §. qui fideicommiſſariam. j. ad Trebel. & fuſius declaraui in l. in quartam. j. ad l. falc. ſecundo, quia vbi grauatus hęres accepta pecunia, à Titio, reſtituere ſibi hęreditatem, illa pecunia debetur grauato hęredi non tantùm in vim conditionis, ſed etiam in vim fideicommiſſi licet ill. Titius non eſſet hęreſ. vt eſt caſus in d. l. in quartam verſ. ſed quod implendę conditionis cauſa fideicommiſſum hęredi datur indit eendo, vt ibi fuit declaratū. Accedit, quòd vbi quis grauatur accepta vna re hæreditatem reſtituere, dicitur habere illam rem veluti ex legato. §. ſi quis vna in ſt. de fid. hered. ibi. fine onere apud eum remaneret, quaſi ex legato ſibi quæſita. Sed pro diſſolutione huius difficultatis dico eſſe diſtinguendum, quòd ſi quęratur an iſti ablatiui relati ad fideicommiſſarium, qui non ſit hæres inducant fideicõmiſſum, quo ipſe fideicommiſſarius mutuus cogi poſſit ad ſolutionem pecuniæ, quamuis reſpueret hereditatem, & hunc dicendum eſt, quòd non. & ita loquitur tex. in d. §. tametſi. & in d. l. facta. §. reſcripto. & ita quoque procedit ſupraſcripta communis concluſio & hęc concluſio procedit non ſolum quando ipſi fideicõm. ſſario eſſet relictum duntaxat fideicommiſſum vniuerſale, quo caſu ſine dubio non poteſt grauari priuſquam agnoſcat ipſum fideicommiſſum l. ſi legatarius. ſ. de l g. 1. l. imperator. ſ. de leg. 2. ſed etiam quando relictum fuiſſet aliquod ſingulare legatum cuius occaſione poſſet grauari. quia non poteſt cenſeri grauatus niſi ratione hęreditatis ſibi ex fideicõmiſſo relictæ, cum ipſa centum deducenda ſint ex ipſa hæreditate reſtituēda l. deducta. § nummis. j. ad Treb. l. cū pater in prin. ſ. de leg. 2. Et hoc caſu fideicõmiſſum vniuerſale cum ipſis ablatiuis, acceptis cētum videbitur ſolum factum gratia ipſius fideicommiſſarii, vt dicit tex. in d. §. tametſi. ſed ſi quęratur an iſti ablatiui in propoſita quęſtione inducant fideicommiſſum,

quo poſſit cogi ad preſtanda centum poſtquã
ſibi ſit reſtituta hereditas, tunc cõcludendum
eſt, quòd ſic per ea, quæ.ff. adducta ſunt aduer-
ſus communem opinionem. Et vltra prædi-
cta probatur hæc opinio ex.d.§. reſcripto. ibi
enim dum dubitatur an ille fideicõmiſſarius
teneatur ad vſuras ipſorum cẽtum preſuppo
nitur, quod in illis centum eſſet diſpoſitiue
grauatus alias enim queſtio vſurarum eſſet ſu
perflua, & indubitata. contra. l. quod labeo.
de carb.ed. nec obſtat d.c. tametſi. quia loqui
tur de eo fideicommiſſo, per quod cogi poſſit
fideicommiſſarius ad preſtandam pecuniam,
& recipiendam hereditatem, non autem de il-
lo, per quod cogi poſſit ſoluere pecuniã poſt
quam conſecutus ſit hereditatem. Nec obſtat.
d.§. reſcripto in fi. vbi æquiparat caſum, quã
do onus fuit iniunctum per ablatiuos, & quã
do fuit iniunctum per dictionem; Si; Nam ea
æquiparatio fit ſolum quo ad perceptionem
fructuum perceptorũ, nõ autẽ quo ad alia. Dif
ferentia igitur an fideicommiſſarius, ad quem
referuntur ablatiui ſit cõheres nec ne, conſi-
ſtit in hoc; quia primo caſu inducent fideicom
miſſum quo fideicommiſſarius poſſet cogi ad
ſolutionem pecuniæ, etiam ſi nollet heredita
tem acceptare.d l.fideicommiſſa.§. cum eſſet,
& hac l.noſtra. cum enim poſſit ille coheres
grauari in ea parte hereditatis, in qua fuit in-
ſtitutus, teſtator in conſequẽtiam videtur vel
le, vt ſi ipſa centum non poſſunt capi ex parte
hereditatis reſtituẽde, quod capiantur ex por
tione ſua d l.deducta.§.nummis.ver. cum au
tem predia.ff. ad Treb. & ideo fideicommiſ-
ſum comprehenſum in ablatiuis non minus
poteſt videri factum gratia fideicommiſſarii,
quam heredis grauati. Sed alio caſu, quando
fideicommiſſarius non eſt coheres, non indu-
ceretur fideicommiſſum, quo cogi poſſet ad
quantitatis ſolutionem vbi reſpueret heredi-
tatem. Et vtilitas, quòd hoc caſu inducatur fi-
deicommiſſum conſiſtit in hoc, quod ſi ipſa
centum ſolum eſſent in conditione, & heres an
te datam pecuniam ſcienter hereditatem reſti
tueret, non poſſet repetere, vt indebite ſolutã
l.ſub conditione.ff. de cond.ind. nec agi poſ-
ſet ad ipſam quantitatem, quia ſolum eſſet in
conditione l. ſi quis ſub cõditione dandorum
decem.ff. ſi quis omiſſa cauſ.teſt. ſed ea ratione
quia cenſetur grauatus ex fideicommiſſo age
retur omnino etiam hoc caſu prodicta quan-
titate aduerſus ipſum fideicommiſſarium.
31 Tertia eſt cõcluſio * quòd regulariter
ablatiui abſoluti in vltimis voluntatibus in
ducant conditionem, vt hac l. & in l.acceptis
ff. ad l.Fal. cum cõcord. de quib.ff. quæ cõclu-
ſio non ſolum procedit quando ablatiui nul-
lo modo diſponunt, veluti ſi dictum ſit, adue-
niente naui, vel Titio effectu cõſule lego &c.

verum etiam, quando diſponerent. quamuis
enim in hac.l.inducant fideicommiſſum, quo
Titia cenſetur grauata preſtare centum cohe
redi, tamen inducunt conditionem quo ad fi-
deicommiſſum hereditatis quam coheres gra
uatur reſtituere Titiæ, & hec concluſio non
32 habet difficultatem * Sed non procedit
vbi ablatiui continerent aliquid certum, quia
ſuper certo non cadit conditio l. cum ad pre-
ſens.ff.ſi cert.pet. l.ſi pupillus.§. qui ſub condi
tione.ff. de nouat. l.in illa. in fin.ff. de verb.obl.
dicentur autem continere incertum in vlti-
mis voluntatibus, quo ad hoc, vt conditionẽ
inducant non ſolum vbi incertum ſit an exti-
turus ſit actus comprehenſus in ablatiuis nec
ſed etiam vbi certum ſit omnino ipſum actum
euenturum eſſe modo incertum ſit quo tem-
33 pore euenturus ſit * Quandoquidem in
vltimis voluntatibus tempus incertum condi
tionem inducat l. dies incertus l. heres meus
ff.eo. adeo quòd limitatio iſta procedit ſolum
vbi ablatiui continerent quid de preterito,
aut de preſenti, vel etiam de futuro quando
certum ſit an & quãdo id extiturum ſit Limi
tatur etiã ſupraſcripta concluſio vbi ipſi abla
tiui continerent actum diſpoſitiuum legandi,
per quẽ conſeſtim induceretur diſpoſitio lega
ti, veluti ſi dictum eſſet, heres meus legatis ti-
bi centum reſtituito hereditatem Mæuio. hoc
enim caſu ablatiui continent actum diſpoſiti-
uum legandi, & ſtatim inducunt legatum l.
Lucius.§. pluribus.ff. ad Treb. & ratio limita-
tionis eſt duplex prima, quia illa diſpoſitio le-
gati inducitur ſtatim in ipſo teſtamento, &
cum ſit de preſenti, & certa non poteſt eſſe con
ditionalis. Alia ratio eſt, quia ſi actus diſpoſi
tiuus induceret conditionem eſſet repugnan-
tia quia neceſſe eſſet, & haberet ſe ad eſſe, &
non eſſe, vnde non poſſet eſſe diſpoſitiuus ſi
haberet ſe ad eſſe, & non eſſe.
Supraſcripte tres cõcluſiones procedunt etiam
34 in legibus, & ſtatutis * Nam in quibus
caſibus ablatiui abſoluti in teſtamentis indu-
cunt aut conditionem, aut diſpoſitionem, in
iiſdem etiam caſibus & in legibus, & ſtatutis
illud idem operãtur, & è cõtra vbi in teſtamẽ
tis non diſponerent, aut conditionem non fa-
cerent, vtique neque in legibus, aut ſtatutis.
diſpoſitio enim legis, & teſtatoris æquiparan
tur l.ſi ita fuerit.§.fin.ff. de man.teſt. cum con
cord. de quibus.ff. In hoc tamen duntaxat eſt
differentia inter teſtamentum & legem. quia
in teſtamentis tempus incertum facit condi-
tionem, & ideo ablatiui continentes aliquid,
quod, & ſi certum ſit omninò id futurum eſſe,
tamen ſi ignoretur quo tempore id euentu-
rum ſit in vltimis voluntatibus conditionem
inducunt.d.l.dies incertus.& d.l.heres, vt le-
gatarius interim decedẽtis non tranſmitteret.

conſ. 14. & ſeq. vbi concludit idem eſſe, ſi quis leget ipſa permanente in viduitate, vel donec permanſerit in viduitate, & ſicut conſtat, quod vbi dictum eſt, donec permanſerit in viduitate, ſi mulier deinde nubat, legatum extinguitur ſolum pro annis ſequentibus, ita Bar. in l. 1. col. 5 ſupra eo. Bar. & communiter dd. in d. Auth. cui relictum, cum pluribus concordantib. quos refert Paryſius conſ. 95. num. 41. in 1. vol. ita etiam erit vbi dictum eſſet, ipſa per-
42 manente in viduitate * Ratio autem differentiae eſt, quia per ablatiuos principaliter denotatur tempus ſignificant. enim tempus futurum cum quadam preteritione, & ſuſpendunt diſpoſitionem in euentum actus, ſeu temporis cõprehenſi in ipſis, vt declarat Bar. in l. 1. in 7. queſt. ſ. eo.) ſecundario autem conditionẽ, quae ex eo reſultat, quia ablatiui continẽt tempus incertum, vt ſ. declaraui, & ideo in ipſis ablatiuis intuemur naturam conditionis temporis, ſed quãdo plura ſunt legata, & conditio temporis eſt de actu ſucceſſiuo, tunc, quot erunt legata, tot dicentur eſſe cõditiones & tot tempora, & dicta temporis conditio faciet conditionem in initio cuiuslibet anni, & in quorum annorum initio aderit, pro illis ſemper dicetur purificata licet pro ſequentibus deficiat l. pater Seuerinam §. fin. ſ. eo. d. l. legatum ſ. de an. leg. Bar. declarat in d. l. 1. in 2. q. prin. ſ. eo. ſed vbi dictum ſit ſi permanſerit in viduitate, quia dictio, ſi, principaliter cõditionẽ denotat, ſecundario tẽpus l. ſi Titio. ſ. quãdo dies leg. ced. idcirco hoc caſu intuemur ſolũ naturã cõditionis, quae cũ ſit vnica, & indiuidua pro õibus ãnis, meritó faciet, vt vel pro õibus ãnis legatũ exiſtat, vel pro õibus deficiat.

45 Tertia dubitatio eſt * qualis intelligatur conditio ablatiuorum quando ipſi etiam diſponunt. in qua dubitatione dico, quód conditio eſſe de ſoluẽdo id, quod eſt in diſpoſitione, & dummodo ſatis fiat diſpoſitiõi ablatiuorum, etiam cõditio adimpleretur adeo, quod ſi per contratabulas in aliquo diminueretur diſpoſitio, & eatenus diminueretur cõditio l. Plautius verſ. diuerſum. ſ. eo. & declaraui ĩ l. in quartã. ſ. tit. prox. & talis cõditio ſemper regularetur iuxta naturã diſpoſitiõis, vt dixi. ſ. in tex. & Larius in l. heredes mei. §. cum ita. ſ. ad Trebel.

ab ipſo fideicommiſſario dicetur relictum illi heredi grauato, quia ab ipſo fideicommiſſario poteſt relinqui legatum ſeu fideicommiſſum nō tantū extraneis, ſed etiā heredi inſtituto l. ſi patroni. §. qui fideicō. &. §. quid ergo. ĵ. ad Treb. vnde, vt ſuſtineat̃ iſtud legatum datum heredi in tēpus reſtituēde here. cenſeri debet relictum à fideic. vniuerſali, non autē à ſemetipſo arg. l. quoties ī. de re. dub. Differētia igitur inter vnam & aliam quartā quoad ea quæ capit heres ex parte hereditatis ex qua fuit īſtitutus cōſiſtit in hoc quia vbi nō eſt grauatus reſtituere hereditatē, accipiunt̃ iure heredit. & iccirco imputat̃ in quartam quam per leg. Falç. debet habere heres. Sed vbi grauatus fuit reſtituere, hereditatem ſi quidem capit legata ante tēpus reſtituende hereditatis, dicit̃ accipere iure hereditario & iccirco nō imputant̃ in quartam q̄ debet habere ex Tre. quia ea quæ capiunt̃ iure hereditario ſunt cōprehenſa in fideic. vniuerſali, & veniūt in reſtitutiōe fideic, d. l. in fideicōmiſſ. §. fi. & latius. ĵ. dicit̃, ſed ea que relicta ſunt heredi in tempus reſtituende hereditatis nō accipiunt̃ iure hereditario, ſed iure legati vel fideicōmiſ. & tamen imputant̃ in quartam quam debet habere ex Trebel. Diſſentio igit̃ à doct. primo in hoc, quia ipſi volunt ꝙ accipit̃ iure hereditario imputetur in hanc quartā Trebelliani. & ego nolo imputari. Diſſentio etiam in alio quia ipſi volunt ꝙ accipiant̃ iure hereditario que relinquunt̃ grauato in tempus reſtituende hereditatis. Ego vero volo ꝙ accipiant̃ iure legati vel fideicom. Conuenimus tamē in hoc q̄ doc. volunt, ꝙ hec quę data ſunt heredi in tempus reſtituende hereditatis ex ſua portione hereditaria imputari in hanc quartam Trebel. & ego etiam iſtud concludo, & ſi diceres attenta iſta opinione ꝙ iſta que relinquunt̃ heredi in tēpus reſtituende hereditatis accipiunt̃ iure legati vel fideic. veluti relictum ab ipſo fideicōmiſ. vniuerſali, quomodo poſſunt imputari ipſo iure in quartam ad cōmodum vniuerſorum quibus aliquid in teſtamento relictum ſit, ita vt faciat cenſeri quartam fuiſſe reſeruatum ipſi heredi, & non eſſe locum Treb. ſeu Falc. circa deductionem quarte attento ꝙ ſolum videret̃ imputandum per modum exceptionis in cōmodum fideicōmiſſarii vniuerſalis tantum à quo intelligit̃ eſſe legatum, pro vt dicimus de eo ꝙ heres grauatus accipit à legatario particulari d. l. Neſennius. §. 1. cum aliis concor. Reſpōdet̃, ꝙ ratio deciſionis, quare ſit in quartam predictā ipſe iure imputandum eā eſt quia iſtud legatū ſeu fideic. cum ſit datum in tempus reſtituende hereditatis & ad diminutionem heredita. que venit reſtituenda ipſi fideic. ꝓpterea facit ꝙ fideicō. vniuerſale cenſeat̃ eſſe ſolum de reſiduo dicte hereditatis & cenſeat̃ nō excedere dodrātē, vel tanto minus excedere & ꝙ quarta intelligat̃ reſeruata, vel tanto plus de ipſa quarta & ē caſus ī d. §. ſi quis vna inſtit. de fideic. hered. & ꝓpterea facit ipſo iure ceſſare diſpoſitionē Trebel. circa diminutionem fideicom. cum quarta ipſa ſit & intelligit̃ per teſtatorē reſeruata. Ad contrarium reſpondet̃ ꝙ procedit, quando ꝓpter id, ꝙ grauatus capit à legatario vel fideic. vniuerſali, non ſit quod tanto minus cenſeatur eſſe in legato vel in fideicommiſſo vt dicetur. ĵ. in verſiculo ſi. & in diſcuſſione materie. Secundo concludunt doc. ꝙ iſta differentia cōſiſtit in eo ꝙ accipit heres iure legati vel fideic. vniformiter ab aliquo legata. particulari, quia iſtud nō imputat̃ in quartam quam per legem Falc. debet habere heres, ſed imputat̃ in quartā quam debet habere per Treb. vbi grauatur reſtituere hereditatē & ita intelligunt iſtum ver. Sed in fideicōmiſſa. Hec concluſio eſt falſa quia cum illud, ꝙ accipit heres à legatario particulari ſit omnino imputandum per viā exceptiōis ad ipſius legatar. cōmodum d. l. Neſennius. §. 1 ī. eo. cum aliis cōcor. Idcirco impoſſibile eſt ꝙ poſſit ipſo iure imputari in iſtam quartam ad cōmodum fideic. vniuerſalis, quia iſta īputatio que ſit ipſo iure ad cōmodum vniuerſorum non et his à quibus aliquid accipit̃, nam facit, ꝙ tāto minus ad eorum cōmodum imputet̃ vt dicet̃ ĵ. in ver. ſi. & latius in diſcuſſione materie pretera confundit̃ iſta concluſio per plura alia que dicemus. ĵ. circa articulum imputatiōis in quartam Trebellianic. Nec iſte ver. poteſt intelligi de aliquo ꝙ iure legati vel fideic. accipit heres à legatario, vel fideicommiſſa. particulari per plura. Primo quia loquit̃ de legato vel fideic. quod datur heredi in tempus reſtituēde, vt ſtatim dicetur, igitur non poteſt intelligi de legato, ve fideicōmiſſo, ꝙ accipit heres à legatario ſeu fideicōmiſſa. particulari quia illud non pōt cenſeri datū in tempus reſtituende hereditatis ſed ſolum poſtquam ipſe legatarius conſequutus fuerit legatum ſibi relictum. Antea enim non pōt grauari l. imperator ī. de leg. 2. l. ſi legatarius ī. de leg. 3. & quia hic verſi. loquit̃ de legato vel fideicommiſſo ꝙ ſimpliciter dat̃ ipſa heredi grauato. Igitur non poteſt intelligi de eo. quod ſibi dat̃ à legatario ex quo legata que ſimpliciter reliquunt̃, intelliguntur relicta ab heredibus pro hereditariis portionibus l. ſi ſeruus. §. qui Margaritam ſupra de legatis 1. & plura alia de quibus infra dicemus.

Concludunt, tertio ꝙ differentia conſtituta in preſenti ver. conſiſtit in his que iure legati accipit heres grauatus vniformiter à coherede ſuo, & ex parte hereditatis ex qua fuit inſtitutus coheres. Moti quia ſecundum eos differentia conſtituta in hoc verſiculo inter has quartas non pōt cōſiſtere in his que grauatus heres accipit ex parte hereditatis, q̄ grauat̃ reſtituere: igit̃ debet intelligi de eo legato ꝙ grauatus.

eres accipit à ſuo cohærede, Iſtud fundamentū non poteſt procedere vt ſ. dixi iſta cōcluſio eſt falſa & contra tex. noſtrum in verſiculo pro ea vero parte, & contra tex. in l. deducta. §. nummis .j. ad trib. & l. filium quem habentem cod. fami. herſc. in l. Titia ſ. eo. vt patebit ex his quæ .j. dicemus in declaratione dictarum legum, & ſol. quā dicunt doc. ad tex. noſtrum in verſiculo pro ea vero parte & ad alias leges concor. videlicet, quod loquatur ſolum in eo legato, quod accipit difformiter, ideſt partim iure hereditario ex parte hereditatis ex qua grauatus heres fuit inſtitutus, partim iure legati à coherede quia in iſto caſu non imputatur in quartam, ea pars legati quę accipitur à choerede iure legati, ſed ſolum ea quæ accipitur iure hereditario ex portione ipſius grauati nō autem loquatur in eo legato, quod in totum iure legati accipitur à coheredi, hec ſol. Nullo modo poteſt procedere quia tex. noſter & in aliis legibus concor. abſolute dicunt eſſe extra quartam id, quod accipitur à cohęrede, Pręterea in caſu iſto legatum accipitur in totum iure legati, tam pro illa parte quæ accipitur ex portione hereditaria, quam pro illa quæ accipitur ex portione coheredis, vt ſ. dictum fuit Igitur & C. Accedit quia falſum eſt, quôd vbi legatū difformiter capiatur, videlicet partim iure hereditario partim iure legati ex parte coheredis, quod pro aliqua parte imputetur. Nō imputatur pro parte quæ accipitur à coherede iure legati, vt ipſi etiam doc. fatentur nō etiā pro parte quæ accipit iure hereditario ex hereditaria portione ipſius grauati heredis, ex quo pro illa parte legatum eſt comprehenſum .j. fideicommiſſo vniuerſali, & venit .j. reſtitutione fideicommiſſi l. in fideicommiſſaria. §. fi. in ad Treb. Et latius in dicetur ita, quod iura predicta ſolum videntur diſtinguere, an legatum accipiatur ex portione hereditaria illius grauati, & tunc imputatur in quartam. An ex parte ſeu & portione coheredis & tunc non imputatur in quartam. Non autem diſtinguitur an vniformiter iure legati vel difformiter, videlicet iure legati pro parte, & pro parte iure hereditario. Confunditur etiam prædicta concluſio ex pluribus quæ .j. dicemus in articulo imputationis in quartam Trebellianicam. Ex predictis concludendum eſt, quod differentia conſtituta in hoc proculo (ſed in fideicommiſſaria, inter quartam quam debet heres per legē Falcidiam caſu quo ſolum ſint relicta legata particularia, & quartam quam debet habere caſu quo grauatus ſit fideicommiſſo vniuerſali conſiſtat ſolum in eo, quod heres ipſe accipit ex ſua hereditaria portione iure legati, vel fideicommiſſi ſiue per præceptionem in tempus reſtituende hereditatis, quia etſi caſu quo non eſſet grauatus per fideicommiſſum vniuerſale ſed ſolum interuenirent legata particularia, non imputentur in quartam ea quæ accipiuntur iure legati, vel fideicommiſſi, tamen in ipſo alio caſu quando grauatus eſſet per fideicommiſſum vniuerſale, & ſi accipiantur iure legati imputarentur in quartam predicta & in iſto tantum caſum intelligo iſtum verſiculum. Nā quod loquatur in eo, quod accipit ex portione ſua hereditaria patet ex verſicu. ſeq. in quo dicitur, Non imputari id, quod accipitur ex coheredis portione, quod etiam loquatur de illo legato, vel fideicommiſſo, quod datur ipſi heredi grauato in tempus reſtituende hereditatis patet ex verbis tex. Nam ſenſus eſt, quod legatum ſeu fideicommiſſum datum ſic heredi in reſtituenda hereditate, ſiue ipſe heres percipere ſiue retinere uiſus eſt in reſtituenda hereditate id eſt in tempus in quo reſtitui hereditati debet, id in quartam imputatur.

22 Et per hoc colligitur * quod in 2. verſiculo huius ſecunde partis tex. noſter ponat deciſionem generalem, quod in quartam quam per authoritatem Trebelliani debet habere heres grauatus per fideicommiſſum vniuerſale nullo modo imputantur legata, quæ accipiuntur à coherede, ſolum eſt difficultas circa ordinationem litere huius verſicu. pro ea vero parte, eſt. Circa quod aduertendum eſt, quia licet comuniter legi ſoleat, vt illa dictio, id eſt, ſit expoſitiua, tamen iuſta iſtam lecturam litera nullo modo poteſt ordinari, ex quo principale verbum orationis defficeret, & in tex. nil decideretur, ſed ſolum exponeretur in paſſiua ſignificatione, illud, quod prius dictum fuerit in actiua, quaſi quod illa verba, pro ea vero parte quod à coherede accipit extra quartam, exponantur in iſtam ſenſum, ideſt, quod à coherede accipitur, obtat etiam alia difficultas, quia illa verba, pro ea vero parte videtur ſuperflua & quaſi bis repetita. Poſt poſitis quę alii dixerint, puto quod litera poſſit optime ordinari legendo tex. ita vt illud, id eſt nō ſtat expoſitiue ſed ſint duo verba diſtincta & ſeparata, vt id & eſt & intelligēdo, ꝙ in illis verbis Pro ea vero parte ꝙ à coherede accipit, ponat queſtio, in aliis vero ſubſequentibus, videlicet extra quartam, id eſt, quod à coherede accipit ponatur deciſio & ratio deciſionis. Nam litera hoc modo erit plana & verba non eſſent ſuperflua, & ſenſus huius verſiculi erit, quod pro ea parte quam accipit à coherede non imputatur in quartam, quia id, quod à coherede accipitur, eſt extra quartam, cum non ſit ex portione hereditaria illius grauati, ſed ex portione coheredis, & tex. noſter iccirco poſuit illa verba, extra quartam eſt, ad denotandum, quod nullo modo id quod accipitur à coherede, & ex coheredis portione, poteſt ad hanc imputationem in quartam pertinere.

Quo

QVO vere ad textũ in verſiculo, ſed ſi accepta pecunia, Dubitatur qualiter debeat intelligi deciſio & poni caſus in iſto verſiculo, doc. ponunt caſum quando quis grauatur. reſtituere hereditatem Titio, ſub conditione ſi Titius dederit cẽtum heredi. Nam iſta centum ſunt omnino imputanda in quartam & iuxta iſtum intellectum deciſio huius verſiculi foret imputari in quartam Trebellianicam ipſo iure id quod heres accipit à fideicommiſſario vniuerſali, ex cauſa ſimplicis conditionis, iſte intellectus comunis non eſt verus, nec conuenit litere. Nam primo falſum eſt, quod ipſo iure imputetur in quartã Trebellianicam id quod heres accipit cauſa ſimplicis conditionis, vt eſt caſus infra in verſiculo finali, vt ibi dicetur. Et probatur per plura alia de quibus infra dicemus in articulo imputationis in quartam Trebellianicam. Non etiam conuenit verbis textus noſtri, quoniam loquitur in caſu quo heres rogatus eſt reſtituere hereditatem acceptis cẽtum quo caſu illa centum non ſolum ſunt in conditione ſed etiam in diſpoſitione l. a Teſtatore vbi Bartolus & alii notant, ſupra Tit. primo l. fideicommiſſa. §. cum eſſet ſupra de leg. 1.

13 Ego vero dico * quod caſus huius verſiculi eſt, quando heres grauatus ſit reſtituere hereditatem, acceptis centum, & illa centum à ſe accipit non autem ſoluta fuerunt per ipſum ſideicommiſſarium. Quod textus loquatur in iſto caſu patet, quia loquitur in eo qui grauatur & pro eo qui grauatur in caſu, quando heres per ſe accipit, patet ex illis verbis, id quod accipit in quartam ei imputatur, & deciſio textus eſt, quod iſta centum que ſunt in conditione & diſpoſitione importata per ipſos ablatiuos, imputantur ipſo iure in quartam, Ratio deciſionis eſt, quia dum dictum fuit Acceptis centum, reſtituas hereditatem, ſenſus eſt acceptis à fideicommiſſario vniuerſali, vel ex ipſa hereditate quæ eſt reſtituenda fideicommiſſario reſtituas hereditatem dicta lege à teſtatore leg. acceptis in fi. infra eodem leg. deducta. §. num mis infra ad Trebellianum, & tota illa pecunia accipitur ex illa hereditaria portione ex qua fuit inſtitutus, & quam grauatur reſtituere dicto §. nummis leg. cum pater. ſupra in principio de leg. 2. & cum illa centum ſint relicta illi grauato in tempus reſtituende hereditatis, efficit, quod fideicommiſſum intelligatur eſſe ſolum in reſiduo hereditatis, & illa centum cenſeantur reſeruata heredi, & propterea, quod ſint imputanda in ipſam quartam Trebellianicam inſtit. de fideicommiſſ. hered. §. ſi quis vna & dictum fuit in precedenti verſiculo & in euidentialibus, patet modo ſol. ad obiecta que fieri poſſunt contra deciſionem huius textus. Nam ad illud, quod non imputatur in quartam Trebellianicam id, quod accipit heres cauſa conitionis à d. fideicommiſſario vniuerſali, vt infra eadem l. §. fi. & in l. in ratione. §. tametſi ſupra eo. & infra dicetur. Reſpondetur, iſtud procedere quando accipitur cauſa ſimplicis conditionis, ſed in caſu noſtro non ſolum accipitur cauſa conditionis, ſed etiam ex diſpoſitione legati ſeu fideicommiſſi importata per ipſos ablatiuos, Ad aliud etiam quod ſaltem pro parte coheredis non deberet imputari vt ſupra in verſiculo. Pro ea vero parte, eſt Sol. quod textus noſter loquitur quando dictum fuit, accepta pecunia, que pecunia cum poſſit haberi inſolidum ex portione hereditaria quam grauatur reſtituere, non accipitur ex parte coheredis, ſed inſolidum ex portione hereditaria ex qua fuit inſtitutus, vt declarat textus in dicta leg. cum pater, & in dicto. §. nummis, ſed verſiculus precedens, & alie leges concord. loquuntur, quando dictum eſſet Accepto aliquo corpore, quod non poſſit accipi in totum ex portione hereditaria, & neceſſario pro parte debet accipi ex parte hereditatis coheredis. Supereſt tamen dubita-
14 tio * Quomodo iſte verſiculus aduerſetur precedentibus, legitur enim duobus modis, primo, per aduerſatiuam, cum copula, videlicet ſed & ſi, que denotat diuerſitatem in facto, ſed non iure, & iſta litera eſt comunis, Alio modo per aduerſatiuam ſine copula que denotat diuerſitatem in iure, & in facto leg. ſed ſi lege vbi Bartolus ſupra de petitione heredis leg. ſed & ſi ante. ff. de exceptio. & ibi not. Bartolus in legis hoc amplius. §. de his. ff. de damn. Inf.; ſed dicendum eſt, quod iuxta illam aduerſatiuam cũ copula hic verſiculus intelligi debet, vt aduerſetur his que dicta ſunt in verſiculo, ſed in fideicommiſſaria, illi enim aduerſatur in facto, quia ibi ponitur caſus quando id, quod relinquitur heredi grauato eſt ſolum in diſpoſitione, hic autem quando eſt non ſolum in diſpoſitione, ſed etiam in conditione. Non autem aduerſatur in iure quia in vtroque verſiculo eſt eadem deciſio, videlicet, vt id quod accipit imputetur in quartam, ſed iuxta illam aduerſatiuam ſine copula, hic verſiculus intelligi debet, vt aduerſetur his que communiter dicta ſunt in duobus verſiculis precedentibus: Aduerſatur enim in facto quia in illis ponitur caſus de illo legato, quod pro parte capitur ex portione hereditaria, & in parte à coherede, In iſto vero de eo ꝙ & ꝓ ꝙ capit in totũ ex portione hereditaria aduerſat̃ autem ĩ iure quia in precedentibus verſiculis deciditur non imputari in totum, ſed ſolum id quod accipitur ex portione hereditaria, Hic autem

decidiitur totum imputari, quia totum accipitur ex portione hereditaria. Deciſio huius verſiculi procedit etiam quando qui grauatus eſſet reſtituere coheredi hereditatem acceptis centum, quia tota illa centum imputarentur, vt eſt caſus in d. l. deducta. §. nomis, & in iſto caſu accipiuntur ex portione hereditaria & ab ipſo coherede, non vti à coherede, Sed vti fideicommiſſario, vt infra declarabitur. An autem procederet iſta deciſio quando iſta pecunia nō eſſet accipienda ex portione hereditaria, neq; ab ipſo fideicommiſſario vniuerſali, verum à coherde, vel ab aliquo legatario particulari pro vt ſi dictum eſſet, Acceptis centum à coherede reſtituas hereditatem meuio Alexan. hic in apoſtilis & Rip. num. 21. dicunt quod ſic, Moti quia hic verſiculus loquitur generaliter Ego concludo contrarium vt infra latius dicetur, & quod tex. noſter non poteſt intelligi in caſu iſto, loquitur enim quando ſimpliciter dictum eſſet, accepta pecunia, reſtituas hereditatem quo caſu vt ſupra dictum fuit ſenſus eſt accepta pecunia ex portione hereditaria & ab ipſo fideicommiſſario vniuerſali, & in his terminis loquebatur conſtitutio diui pii relata in textu noſtro, vt habetur in dicta lege Acceptis in principio, & in dicta lege deducta. §. nummis in principio.

QVO vero ad tex. in verſic. ſed quod implende conditionis &c. dubitatur qualiter debeat intelligi deciſio, & caſus huius verſiculi Doc. communiter intelligunt hanc deciſionem in eo quod accipitur gratia conditionis non à fideicommiſſario vniuerſali, ſed à coherede vel à legatario particulari, & propterea concludũt iſtud imputari ipſo iure in ipſam quartam Trebellianicam, Moti quia tex. iſte in illa aduerſatur; ſed preſupponit quod caſus huius verſiculi differat à caſu verſiculi precedentis, vnde cum in verſiculo precedenti ponatur caſus de eo quod accipitur à fideicommiſſario vniuerſali ex cauſa conditionis, neceſſario caſus huius verſiculi, vt differat à precedenti, debet intelligi de eo quod accipitur cauſa conditionis non à fideicommiſſario vniuerſali ſed ab alio puta coherede vel à legatario, Iſte comunis intellectus non eſt verus nec adaptatur litere. Nam falſum eſt, quod imputetur ipſo iure in quartam Trebellianicam id, quod accipitur à coherede vel à legatario cauſa implende conditionis, hoc enim eſt contra textus noſtrum in verſiculo finali, & contra textus in lege in ratione. §. tamet ſi ſupra eodem, & contra omnes rationes iuris, vt infra declarabitur. Quod autem non adaptetur litere apertiſſime patet, Nam ſi ponimus caſum quando dictum eſſet, Acceptis centum, à legatario particulari reſtituas hereditatem meuio, vtriq; illic coheres vel legatarius non ſoluet illa centum gratia implende conditionis huius fideicommiſſi vniuerſalis ſed ſolum gratia ſatisfaciendi fideicommiſſo ſibi iniũcto per illos ablatiuos abſolutos ita quod non poſſent verificari illa verba, ſed & quod implende conditionis &c. Si etiam ponimus caſum in ſimplici conditione, puta ſi coheres, vel legatarius dederit centum adiecta; vel fideicommiſſo vniuerſali, vel inſtitutioni coheredis, aut legato legatarii, nec etiam litera poſſet adaptari, ex quo iſto caſu de dicta pecunia non eſſet fideicommiſſum, ſed ſolum conditio ſimplex l. ſi quis ſub conditione. ff. ſi quis onus Cau. tex. & non poſſent verificari illa verba, Datur fideicommiſſum heredi cauſa implẽde conditionis, & licet doc. poſt. Bartolus in 2. opp. 2. partis multis modis reſpondeant ad iſtud vltimum, omnes tamen Sol. ſue violant tex. vt ibi dicetur. Ego vero intelligo hunc verſiculum loqui ſolum in eo caſu quando heres, acceptis centum grauatur reſtituere hereditatem, & heres per ſe non accipit neque deducit ex hereditate iſta centum, prout poteſt l. acceptis infra eo ſed vult preſtolari, quod fideicommiſſarius ſoluat de ſuo illa centum que ſunt ma conditione, & diſpoſitione deducta per dictus ablatiuos, & fideicommiſſarius ad effectum, vt poſſit cogere ipſum heredem ad reſtitutionem hereditatis, ſoluit iſta centum ita, quod gratia implẽde conditionis fideicommiſſarius preſtat heredi fideicommiſſum de dictis centum importatum per ipſos ablatiuos, & decidiitur iſta centum imputari, & iuxta iſtum intellectum optime verificantur verba textus & hic caſus differt à caſu precedentis verſiculi in eo quia precedens verſiculus loquitur quando grauatus per ſe accipit, & deducit illa centum ex hereditate prout poteſt d. l. Acceptis, vt preſupponit tex. in illis verbis, id quod heres accipit, in iſto vero verſiculo textus loquitur, quando fideicommiſſarius vniuerſalis ante reſtitutam hereditatem gratia implende conditionis ſoluit illud fideicommiſſum de dictis centum, videbatur enim maior ratio dubitandi in caſu huius verſic. quam in verſiculo precedenti quia vbi heres per ſe deducit illa centum ex hereditat, dum illam reſtituit habet illam pecuniam ex hereditate, veluti iure legati. §. ſi quis vna Inſtit. de fideicommiſſ. hered. & id circo nimirum ſi illa imputentur in quartam, ſed in iſto verſiculo ex quo fideicommiſſarius ſoluit iſta centum de ſuo patrimonio ante reſtitutam hereditatem, & heres videtur habere iſta centum non ex hereditate, ſed extra & magis mortis cauſa capione quam ex iure legati d. l. acceptis propterea videbatur, quod non eſſent in quartam imputanda, quoniam non imputaſ ea que extra hereditatem heres habet ex cauſa

cōditionis,vt vult tex.noſter in finalibus verbis
vt ſtatim dicetur , hoc tamen non obſtante , de
cidit : quod iſta centum ſint imputanda . Ratio
deciſionis eſt quia ſicut eſſent imputanda iſta cē
tum , vbi heres ex dicta hereditate propria ſua
authoritate deduxiſſet , ita etiam imputanda
ſunt iſta centum quæ ſoluit ipſe fideicommiſſa-
rius , Attento quod ſunt ſubrogata loco eo-
rum quæ heres à ſemetipſo poterat deducere ,
& propterea ſapiunt eorum naturam , arg. l. ſi
eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis caut. Ex qui-
bus infertur quod in tex. noſtro non preſuppo
nitur eſſe fideicommiſſum in ſimplici conditio-
ne prout aliqui arbitrantur : hoc enim eſt con-
tra tex. in d. l. ſi quis ſub conditione , ſed quod
in illis ablatiuis , acceptis centum, non ſolum
ſit conditio ſed etiam diſpoſitio fideicommiſſi
de quo latiſſime dictum fuit in l. à teſtatore ſu-
pra eo. Infertur etiam quod tex. noſter in iſtis
duobus ver. ſolū loquitur de imputatiōe illius
pecunie quam heres accipit vigore cōditionis ,
& diſpoſitionis importate , per illos ablatiuos
acceptis centum , adiectos fideicom. vniuerſali.

Deciſio huius verſiculi : Num procederet in
corpore hereditario Relicto per iſtos Ablati-
uos Quia iſtud corpus accipitur pro parte à
coherede nō autem ſolum ex parte hereditaria
ex qua grauatus fuit ſubſtitutus , idcirco non
imputaretur in quartam niſi pro ea parte pro
qua capitur ex parte hereditaria,nō autem pro
parte que capit̄ à coherede d.l.deducta.§. Num
mis d.l. cū pater decidat in prin.ſ. de le . ſecun.
ſed an procedat vbi relicta eſſet pecunia heredi
ta.vel aliud corpus nō hereditari. j. declarabit̄.

16 ✱ Quo vero ad tex. in ver. ſi.cōmuniter doc.
Intelligunt ꝙ loquat̄ in caſu quādo heres gra-
uatus eſt ſolum per legata particularia , & agit̄
ſolum de imputatione in quartam , quam per le
gem Falcidiam debet habere heres,& de impu-
tatione eius quod accipit cauſa conditionis ab
aliquo legatario particulari , exemplificando
prout in textu quando Titio eſſet legatus fun-
dus valoris centum ſub conditione ſi dederit
quinquaginta heredi & deciſio textus ſit , quod
dicta quinquaginta non imputantur ipſi heredi
in Falcidiam ad commodum aliorum legatario
nec faciunt quin in imputatione rationis leg.
Falci. centum dicantur eſſe in iſto legato fundi
non autem volunt ꝙ deciſio iſtius verſi. intelli-
gatur in caſu quādo heres grauatus ſit reſtitue
re hereditat̄ , & agitur de imputatione in quar
tam quam debet heres habere per authoritat̄
Trebelliani , & heres accipit cauſa conditionis
implende vel à fideicommiſſario vniuerſali , vel
à legatario particulari , quia in caſu iſto ſecun-
dum eos non procederet deciſio huius verſicu.
ſed iſtud ipſo iure imputaretur in quartam Tre
bellianicam. Mouentur per tex. ſupra in duo-
bus verſic. precedentibus in quibus ſecundum
eos deciditur,imputari in Trebellianicam, id ꝙ
heres accipit à fideicommiſſario vel à legatario
particulari , vel à coherede cauſa ſimplicis con-
ditionis . Hoc tamen fundamentum eſt falſum,
quia in præcedentibus verſiculis hoc non decidi
tur vt dictum fuit . Mouentur,ſecundo quia de
ciſio tex. eſt quod in computatione Falcidie non
prodeſt legatariis id quod heres accipit cauſa
conditionis implende,non autem dicit non pro
deſſe fideicōmiſſario vniuerſali , igitur apparet
ꝙ hic verſiculus loquitur quando non adeſt fi-
deicommiſſarius vniuerſalis , & non agitur de
imputatione in quartam Trebellianicam , iſtud
fundamentum etiam nihil eſt , & potius facit
pro contraria opinione, videlicet, quod hec de
ciſio non loquatur de eo quod accipitur ex cau
ſa conditionis à legatario particulari,ſed ma-
gis de eo quod accipitur cauſa conditionis à fi-
deicommiſſario vniuerſali , ex quo clarum eſt ,
quod tex. noſter loquitur de imputatione in
quartam quę fit ipſo iure ad commodum vni-
uerſorum qui aliquid capiunt ex ipſo teſtamen
to non autem de illa , que fit ſolum ope excep-
tionis ad commodum eius tantum à quo heres
accipit quia ad commodum eius à quo heres ac
cipit ope exceptionis non minus in quartam
Falcidiam deducendam ex lega. quam in quar
tam Trebellianicam imputantur ea que haben
tur iure legati vel fideicommiſſi & conditionis
implende cauſa l. Neſennius.§. 1 .ſ. eo. l. filio in
fra eo & infra dicetur , Quod igitur id quod he
res accipit à legatario imputetur ipſo iure in
quartam Falcidiam , ſeu in Trebellianicam non
prodeſt ipſi legatario , ſed ſolum aliis qui ca-
piunt ex ipſo teſtamento , quoniam illi legata-
rio , à quo heres aliquid accipit, magis prodeſ-
ſet , quod non ipſo iure ad commodum vniuer
ſorum imputaretur in quartam , ſed ſolum ope
exceptionis ad commodum ſuum tantum quia
tunc tanto plus ad eius commodum imputare-
tur vt. ſ. dictum fuit & latius. j. dicetur in arti-
culo computationis in Falcid. & imputationis
in Trebellianicam , ſic etiam ſi quod accipit
heres cauſa conditionis à fideicommiſſario vni-
uerſali ipſo iure imputaretur in quartam Tre-
bellianicam , hoc non prodeſſet ipſi fideicōmiſ.
vniuerſale, ſed ſolum aliis legatariis particula-
ribus, quoniam ſi non imputaretur ipſo iure in
quartam, imputandum eſſet omnino ope excep
tionis in commodum ipſius fideicommiſſarii, à
quo heres ipſe accipit , quod eſſet illi vtilius .
Nam totum ad eius commodum,imputaretur
& in illo quod ab ipſo heres accipit , fideicom-
miſſarius diceretur ſoluere Trebellianicam de-
ducendam ex ſuo fideicommiſſo vniuerſali vt
latius infra declarabitur , Adeo quod predicta
deciſio videlicet quod in computatione Falci-
die nō proſit legatariis id quod heres accipit cā
conditionis implende magis adaptatur ad id ꝙ .

tam nec in legatis ſeu in fideicõmiſſis, quia nec etiam deducitur in computationem in ratione legis Falc. ex quo computatio fit de eo tantum quod eſt in hereditate & in bonis defuncti l. in quantitate in princ.ſ. eo. & inſtit. eo.§. quantitas ita quod quanto plus in dicta computatione imputabitur in quartam quam teſtator debet reſeruare heredi tanto minus de dicto patrimonio ſeu bonis defuncti dicetur comprehenſum in legatis ſeu fideicommiſſis, & quod in tanto minus legata, vel fideicommiſſa dicantur excedere dodrantem apparet igitur, quod dicta imputatio in quartam fiat in ipſa computatione in ratione legis Falcidie, & quod ab ea non differat, & de iſta imputatione in quartam legis Falcidie que fit in cõputatione in ratione loquit lex noſtra. Nam loquitur de ea que operatur illos effectus propter quos fit computatio in ratione legis Falcidie nam operatur quod quarta intelligatur reſeruata heredi, & quod tanto minus dicatur eſſe comprehenſum in legatis ſeu fideicommiſſis, & operatur quod ceſſat ipſo iure diſpoſitio legis Falcidie ſiue Trebell. circa diminutionem legatorum, vel fideicommiſſorum pro rata illius quod imputatur in ipſam quartam & iſtud quod imputatur in quartam intelligitur per teſtatorem reſeruatam heredi pro dicta quarta. §. ſi quis vna Inſtit. de fideic. hered. l. cum quo. §. fi. infra eo. quos omnes effectus operatur illa imputatio in quartam que fit in ratione legis Falcidie, & licet iſtud quod imputatio ipſo iure in quartam de qua loquitur lex noſtra ſit illamet imputatio que fit in dicta computatione & que ab ipſa computatione non differt, pateat ad ſenſum vt ex predictis colligitur attamen, ne poſſit in dubium reuocari, dico, quod manifeſte iſtud preſupponitur in hoc ver. Dum dicit quinquaginta que accipiuntur ex cauſa conditionis à legatario non facere quod tanto minus cenſeatur eſſe in legato, ſed haberi extra hereditatem, ne in quartam heredi imputentur. Nam hec verba plura includunt & primo quod ſi iſta quinquaginta dicerentur accipi ex hereditate defuncti, neceſſario fiere ꝙ dicta quinquaginta imputarentur in quartam hoc manifeſte colligitur dum vult quod ad effectum ne in quartam imputentur dicantur haberi extra hereditatem ſecũdo includunt quod omne, quod eſt in patrimonio & bonis defuncti in computatione Falcidie venit computandum vel in quartam, vel in legatis aut in fideicomm. Tertio includunt quod ſi id quod accipit heres à legatario imputaretur in quartam, faceret, quod tanto minus cenſeretur eſſe in legato hoc aperte preſupponit tex. dum ex eo. quod per id quod accipit heres non fit quod tantominus, cẽſeatur eſſe in legato infert quod illud in quartam non imputatur, & ſucceſſiue apparet quod tex. preſupponat omnino hanc imputationem ipſo iure in quartam de qua loquitur lex noſtra operari eoſdem effectus quos operatur imputatio que fit in computatione in ratione legis Falcidie, & quod ab illa non differat ita quod ſtat firma ratio ſupra adducta, videlicet quod deciſio huius verſic. eſſet ſuperflua ſi intelligeretur ſolum de quarta Falci. in caſu quo heres ſolum eſſet grauatus per legata particularia, & vltra notabis quod tex. preſupponit quod in caſu ſuo ſi imputatio fieret ipſo iure in quartã quod iſta imputatio noceret legatar. ipſius predii, & cederet in commodum aliorum legatariorum, quia faceret quod in eius legato cenſerentur eſſe ſolum quinquaginta non autem centum ꝙ etiam videtur eſſe de mente gl. Bart. & aliorum in l. non amplius in princ. ſ. de leg. p. & et. j. dicetur Alia ratio eſt, quia dum tex. noſter loquitur per hec uerba ſi quid vero conditionis cauſa & et denotatur ꝙ iſta ſua deciſio ſpecialiter procedit in eo quod accipit heres, ex cauſa conditionis ex quo iſta dictio, vero, aduerſatur pre cedentibus illa reſtringendo l. ſi cum filius. j. de don. Bartol. in l. non amplius. §. de his. ff. de dam. infe. quo ſtante ſequitur quod deciſio huius verſic. non poteſt reſtringi ad quartam Falc. ad caſus quando heres eſſet grauatus ſolum per legata particularia quia in caſu iſto non eſt aliquod ſpeciale in eo quod accipitur ex cauſa conditionis cum idem ſit etiam in eo quod accipitur iure legati vel fideicommiſſi nam nec imputatur in quartam nec prodeſt aliis à quibus heres non accipit, vt. j. eadem l. in princ. & l. Neſennius. §. 1. ſ. eo. Bart. j. 4. opp. Alex. hic col. 2. verſicu. addit Ioan. de Imola, ſed neceſſario debet intelligi in quarta Trebellianica, quando heres eſt grauatus per fideicommiſſum vniuerſale quia in caſu iſto eſt ſpeciale in eo ꝙ ex cauſa ſimplicis conditionis accipitur à fideicommiſſario, vt nõ imputetur ipſo iure in quartam, nec quod proſit aliis à quibus non accipitur cum tamen aliud ſit in eo ꝙ ab ipſo fideicõmiſſ. accipitur iure legati, vel fideicommiſſi ſeu per perceptionẽ in tẽpus reſtituẽde hereditatis. Concludo igitur, quicquid dixerint alii in iſto ver. ſi. poni hanc deciſionem videlicet ꝙ in quartam Trebellianicam ipſo iure non imputatur id quod heres accipit à fideicommiſſario vniuerſali gratia conditionis ſimplicis, & quod illud non prodeſt aliis in computatione Falcidie ſeu Trebelliani, de quo eſt tex. in d. l. in ratione §. tamẽ ſi. j. eo. vt dicetur. j. & ſunt plures alie concludentes rationes de quibus. j. dicetur, & ꝙ magis eſt iſtud idem concludit Bartol. & alli. j in 2. queſtio. vbi concludunt non imputari in quartam Trebellianicam in commodum legatariorum id quod heres accipit à fideicommiſſar. vniuerſali cauſa conditionis ſed tantum incommodum ipſius fideicommiſſarii, nam in hoc preſupponere videntur ꝙ non imputatur ipſo

iure in quartam Trebellianicam, ſed ſolum ope exceptionis in commodum illius fideicommiſſarii a quo heres accipit & pariter preſupponunt concludi in hoc verſic. fin. quod propter id quod heres accipit à fideicommiſſario vniuerſali gratia ſimplicis conditionis nō fiat quod tanto minus cenſeatur eſſe in fideicommiſſo vniuerſali & ſimiliter quod nulla ſit differentia inter quartam Falcidiam in caſu quo interuenerunt ſolum legata particularia & quartam Trebellianic. in caſu quo vltra legata particularia heres ſit grauatus reſtituere hereditatem circa iſtud quod accipitur cauſa ſimplicis conditionis, quia neutro caſu imputatur ipſo iure in quartam in commodum vniuerſorum, ſed in vtroque ſit ſolum imputatio ope exceptionis in commodum eius à quo heres accipit debes tamen vltra predicta annotare * quod illud
58 vt non cenſeatur tanto minus eſſe in legato ſeu fideicommiſſo vniuerſali propter id quod legatarius vel fideicommiſſarius dat heredi cauſa conditionis ſimplicis vt dicitur in tex. noſtro, & in l. adueteram in fi. ſupra eod. procedit ſolum quo ad computationem quæ ſit in ratione Falcidie, ſed non procedit quo ad illam computationem quæ ſit ad cognoſcendum in quantū iſte legatarius vel fideicommiſſarius poſſit per teſtatorem grauari, quia quo ad iſtum effectum vt poſſit grauari non dicetur habere ex legato ſeu fideicommiſſo, niſi id, quod ſuper eſt deducto eo quod ſoluit ex cauſa conditionis vt eſt caſus in l. non amplius in princ. & l. ciuitatibus §. fi. ſupra de leg. primo. Ratio diuerſitatis ſecū dum glo. in d. l. non amplius in princ. quam ibi ſequuntur Bart. & alii eſt quia in primo caſu nō eſſet ad commodum ipſius legatarii quod tanto minus videatur ſibi legatum vel per fideicōmiſſum relictum, ſed ſolum ad commodum aliorum legatariorum in alio vero caſu eſt ad commodum eius qui ſoluit cauſa conditionis, quod tanto minus cenſeatur eſſe in legato. Ex qua ratione habetis colligere computationem eius, quod fuit ſolutum cauſa conditionis, fieri ſolum ad commodum illius qui ſoluit, non autem ad commodum aliorum, quod etiam facit ad cōprobationem eorum que ſupra dicta fuerunt, & predicta ſuffuciant quo ad declarationem textualium huius legis. Ex quo habes in hac l. non decidi quod in quartam quam debet habere heres per Trebelli. imputetur ipſo iure id ꝙ grauatus iure legati vel fideicommiſſi vel conditionis cauſa accipit à coherede vel ab aliquo legatario, nec etiam id quod in figura conditionis accipit à fideicommiſſario vniuerſali ſed ſolum illud quod iure legati vel fideicommiſſi, ſeu conditionis importare per ablatiuos abſolutos grauatus accipit in tempus reſtituende hereditatis ex illa portione hereditaria quam grauatur reſtituere, & ex quæ fuit inſtitutus prout iſta omnia clarius & manifeſtius apparebunt ex his quæ latius dicentur infra circa tractatum preſentis materiæ imputationis in quartam.

Reaſſumendo predicta omnia & vniuerſum tractatum imputationis in quartam videndum eſt de tribus principaliter. Primo de materia imputationis in quartam quam heres grauatus ſolum per legata particularia debet habere per legem Falcidiam, quam Doct. appellant imputationem in quartam Falcidia. Secundo de materia imputationis in quartam quam heres grauatus reſtituere hereditatem debet habere per authoritatem Trebelliani quam Doctor. appellat imputationem in quartam Trebellianicam. Tertio de materia imputationis in legitimam Circa primum tractatum imputationis in quartam Falcidiam ex quo vt ſupra dictum fuit in euidentialibus imputatio in hanc quartam ſit duppliciter, primo in ipſa computatione in ratione Falcidie, dum omnia bona patrimonii & hereditatis, ſeu hereditarie portionis illius grauati imputanda veniunt, vt tanquam comprehenſa in legatis, veluti non comprehenſa in legatis, ſed reſeruata heredi pro ſua quarta ad hoc vt cognoſcatur an habeat locum lex Falcidia ad detractionem quarte, vel eius quod deeſt ad ſuplendam quartam ex ipſis legatis, vt habetur in l. in quantitate. §. fina. ſupra eo. & inſti. eo. §. primo & l. qui fundum in prin. l. ſi dignſ. §. eo. in qua computatione quanto minus imputabitur in legato, tanto plus imputabitur in quartam, & è contrario, quanto plus in legato tanto minus ſupererit imputādum in quartam prout dicitur in d. l. in quantitate, & preſupponit tex. noſter & patet ad ſenſum. Alio modo ſit imputatio non in computatione rationis l. Falcidie, ſed dum agitur de compenſatione eius quod per l. Falcidiam poteſt ex legatis detrahi pro ſupplemento ſue quarte videlicet in caſu quo certum ſit quartam non fuiſſe per teſtatorem reſeruatam heredi, & legata excedere dodrantem hereditatis & mero iure eſſe locum diſpoſitioni l. Falcidie circa detractionem quarte vel eius quod deeſt ad ſupplendam quartam ex legatis, & agitur quod cum iſto quod ex beneficio d. legis Falcidie heres poſſet ex legatis detrahere compenſetur aliquid quod aliquo iure heres accipit de qua imputatione loquitur tex. in d. l. Neſennius in princ. &. §. primo ſupra eodem & in l. filio. ǰ. eodem cum pluribus aliis concordantibus: Idcirco de vtraq; ſpē imputationis in quartam tractandum eſt. Circa primam ſpeciem imputationis quæ ſit in computatione in ratione l. Falci. duo principales articuli veniunt diſcutiendi: primus, quæ ſint heredi imputanda in hanc quartam in ipſa computatione in ratione Fal. ſecundus qui ſit effectus huius imputationis, & an heres inuitus cogatur habere quartam in dictis bonis quæ in computa-

tione in ratione Falci. imputantur in quartam.
1·CIRCA primum articulum habemus plu
res concluſiones, ſeu regulas, quæ ſunt commu
nes, & vere & prorſus indubitate. Prima eſt
19 * non imputari in hanc quartam Falcidiam
ea quæ ex bonis defuncti non ex ſua diſpoſitio
ne vltime voluntatis, ſed ex diſpoſitione inter
viuos perueniunt ad heredes Hanc concluſio-
nem firmat Bart. & omnes in prima oppo. per
tex. in l. paterfiliam ſupra eod. & hanc eandem
preſupponit tex. noſter hic dum circa hanc ma-
teriam imputationis in quartam ſolum tractat.
de his quæ ex diſpoſitione vltime voluntatis de
functi perueniunt ad heredem grauatum, nam
in hoc videt apperte preſupponere, ꝙ ea quę ad
heredem ex bonis defuncti perueniunt ex ſua
diſpoſitione inter viuos non pertineant aliquo
modo ad hanc materiam imputationis in quar-
tam Ratio huius concluſionis eſt euidens quia
in computatione in ratione l. Falcidie ſolum ha
betur ratio patrimonii, quod defunctus habuit
in bonis tempore mortis ſue d. l. in quantitate
in princ. ſupra eo. & inſti. eo. §. quantitas. Ve-
rum cum ea quæ ex bonis defuncti per ſuam di
ſpoſitionem inter viuos in heredem peruene-
rant non reperiantur in hereditate, & patrimo-
nio eius tempore mortis ſue, idcirco non poſ-
ſunt in d. computatione in quartam imputari,
quam rationem ponit tex. in d. l. paterfiliam, in
his verbis quia dos in hereditate patris non in
uenitur. Iſta concluſio de plano procedit vbi
alienatio ex diſpoſitione defuncti eſſet perfecta
in eius vita, ita vt per eum non poſſit reuocari.
Nam in caſu iſto alienata in heredem non impu
tarentur in quartam in d. computatione quam-
uis teſtator in teſtamento diſponeret, quod de-
beant imputari, & in his terminis loquitur tex.
in d. l. paterfiliam, nam in caſu illius tex. actio
dotis fuerat perfecte in perſona filiæ conſolida-
ta, ex quo pater non repetit dotem ex conſen-
ſu filie l. prima. §. videamus. C. de Rei vx. act.
l. ſi Socer. §. 1. ſupra Solu. matr. Sed dubita-
20 tio eſt * quid in caſu quo iſta alienatio in he-
redem ex diſpoſitione defuncti inter viuos eſſet
reuocabilis, & confirmanda per mortem, vt do
natio cauſa mortis, & inter vi. & vx. & dona-
tio collata per patrem in filium in poteſtate l.
non videtur. ff. de dona. cauſa mort. l. ſi mari-
tus l. donationes quas parentes C. de don. int.
uir. & vx. cum aliis concord. Exemplum eſt in
dote data per patrem filiæ quam pater ex con-
ſenſu filię repetiit iux. l. Illud C. com. vtr. iud.
Iſta dubitatio habet duos caſus primus eſt quã-
do teſtator diſpoſuit, quod imputetur in quar-
tam Falcid. Alius eſt quando iſtud non diſpo-
ſuit. In primo caſu Imo. & Alexan. hic quos &
ſequitur Pic. hic col. 20. & Rip. num. 39. poſt
alios quos refert, concludunt, quod abſque du
bio in quartam imputarentur; vt in dote data
filie quam pater ex eius conſenſu repetit de quo
eſt caſus d. l. pater filiam à contrario ſenſu Doc.
tamen predicti non declarant qualiter in iſto ca
ſu in quartam imputaretur, an ipſa computa-
tione in ratione Falcidie, an vero alio modo vi
delicet in computatione cum illo, quod per l.
Falcidiam ex legatis eſſet detrahendum. Tu ve
ro debes aduertere, quia ſi loquimur pro ea par
te quæ capitur ex portione coheredis, & pro
qua huiuſmodi donationes quæ confirmantur
in morte videntur habere vim legatorum, ſeu
Fideicommiſſorum, & eius vice funguntur l.
illud in princ. ff. de don. cauſa mor. l. fin. C. eo.
titulo inſti. de don. §. primo l. & fideicommiſ-
ſum ſupra de lega. 3. l. etiam. §. ſed & mortis
ff. de Bon. lib. idem dicendum eſt, pro vt in le-
gatis relictis heredi ſub illo onere, vt imputen-
tur in quartam pro vt dicitur in l. quod autem
ſupra eod. Nec poſſumus dicere, quod teſtator
apponendo huiuſmodi grauamen imputatio-
nis in quartam iſtis donationibus intelligatur
tacite eas reuocare pro ea portione, quæ accipi
tur ex parte coheredis, dupplici ratione, quia
id grauamen ſe compatitur cum ipſa don. cau-
ſa mort. prout alia grauamina quæ imponi poſ
ſunt d. donationi l. vt heredibus ſupra de leg. 2
Et quia ſi cenſeretur reuocata pro d. portione
res donata pertineret ad coheredes, non autem
ad iſtum grauatum heredem, & propterea nul-
la ratione ſibi in quartam imputaretur cum ſtã-
te d. reuocatione non acciperet res donatas. Et
propter hanc rationem concludẽdum eſt, quod
donatio cauſa mortis in caſu iſto pro portione
coheredis non imputaretur in quartam in com-
putatione in ratione Falcidie, ſed ſolum per
viam compenſationis, vt infra dicemus in le-
gatis, & fideicommiſſis pro portione cohere-
dum. Si vero loquimur pro ea parte pro qua
dicta donatio accipitur ex hereditaria portione
grauati, ex quo pro iſta parte Don. cauſa mor.
non poteſt cenſeri legatum ſeu fideicommiſſum
l. qui filiabus. §. ſi l. plane. duobus i. de lega. pri-
mo neceſſario pro dicta parte teſtator intellige
retur d. donationem reuocare ſaltem pro cõcur
renti quantitate eius quod deeſt ad ſupplẽdam
quartam Falcidiam, vt pro d. quantitate res do
nata dicatur eſſe in hereditate defuncti, & acci-
pi ab herede iure hereditario quia ſi firma rema
neret donatio cauſa mor. pro d. portione here-
ditaria, cum pro dicta parte non poſſit accipi
ex diſpoſitione vltime voluntatis defuncti, ſed
ſolum ex diſpoſitione inter viuos, nulla ratio-
ne in quartam Falcidie poſſet imputari Ea. enim
quæ capiuntur ex diſpoſitione inter viuos non
imputantur in quartam, vt ſupradictum fuit,
& j. dicetur. Vnde cum don. cauſa mor. ſaltem
pro d. quantitate quæ deeſt ad ſupplendã quar
tam cenſeatur reuocata, & res donata dicatur
eſſe in hereditate defuncti, & accipiatur eo iure

hereditario quo accipitur hereditas, imputabicur in quartam in computatione in ratione Falcidie & pro d. quantitate res ipſa donata deducitur vti hereditaria in computatione in ratione Falcidie. Alius caſus eſt, quando teſtator nõ diſpoſuit, quod iſta imputentur in quartam, & in caſu iſto quoad illam partem pro qua res donata accipitur ex portione coheredis, & pro qua cenſetur etiam habere ex legato ſeu ex fideicommiſſo, nulla eſt difficultas; quoniam clarum eſt, quod non ſunt in quartam Falcidiam imputanda, pro vt nec etiam imputatur id ꝙ iure legati, vel fideicommiſſi accipitur ex portione coheredis vt in tex. noſtro & J. latius dicetur, quod etiam poſt glo. Bart. & Azo. in l. filium quem habentem. C. fam. here. tenuerunt Alex. & Pic. hic poſt alios quos referunt. Sed quo ad illam partem, pro qua res donate accipiuntur ex portione hereditaria illius grauati, ſunt opiniones. Nam Ang. hic col. p. ad fi. Guil. Dyn, Cin, pau, & fulg. in d. l. filium quos refert & ſequitur Rip. hic tenuerunt non imputari in quartam. Moti quia pro dicta parte res donata dicitur accipi non iure hereditario ſed ex diſpoſitione inter viuos, vt poſt Bartol. & alios dictum fuit in l. 2. ſupra de leg. 1. & quia non dicitur haberi ex hereditate, ſed extra cauſam bonorum defuncti, ita quod propter hanc rationem non contineretur in fideicommiſſ. per quod heres grauaretur reſtituere hereditatem l. ſequens queſtio ſupra de leg. 2. Contrarium fuit de mente Azo. & Bart. in d. l. filium quos refert & ſequitur hic Alex. col. 8. verſic. queritur Ang. &c. & iſta opinio ſecundum Pic. hic col. 15. ver. ſed tenendo primam opinionem gl. videtur eſſe magis communis. Mouentur quia arbitrantur rem donatam pro d. parte accipi iure hereditario, igitur &c. vt in l. noſtra in prin. Et vltra eos pro iſta oppinione facit, quia ſi vbi don. cauſa mor. confertur in alium qui nõ ſit heres & pro parte hereditatis quã habet heres grauatus res donata deducitur in computatione in ratione Fal. veluti cõprehenſa in lega. vel in fideicommiſſi ad effectum, vt patiatur Falcid. l. ſi moris cauſa. l. in donationibus. C. eo. l. cũ pater §. meuio ſupra de leg. 2. Igitur eadẽ ratione res donata heredi grauato deducẽda eſt, in computione in ratione Falcidie, & quia in d. computatione nõ poteſt imputari vti comprehenſa in legatis, & fideicommiſſis imputanda erit omnino in ſuam quartam. Quid dicendum? Reſolutio
23 huius difficultas, pendet ab hoc * an heres pro parte hereditatis quam habet cenſeatur habere rem donatam vti donatarius & iure donationis, tanquam donatio firma permaneat pro dicta parte: an vero dicatus illam habere iure hereditario, quaſi quod pro d. parte don. cauſa mor. cẽſeatur inutilis, pro vt dicimus in prelegato facto heredi, vel ſaltem reuocata, quia primo caſu procederet prior opinio, vt non imputetur 2. vero caſu procederet alia opinio, ꝙ ſit imputanda. Pro iſta opinione, quod accipiatur iure hereditario facit quia cum don. cauſa mor. vel quæ morte confirmatur fungitur vice legatorum, id circo pro d. parte dicetur accipi iure hereditario, pro vt dicimus in legatis quæ fiunt heredi d. l. qui filiabus. §. fi. d. l. plane. §. duobus ſupra de legat. primo. Sed hoc fundamentum parum vrget quoniam do. cauſa mortis vel que morte confirmatur, tunc fungitur vice legatorum, ſeu fideicommiſſorum quando poteſt valere in vim legati, vel fideic. pro vt quando confertur in eũ qui non eſt herés inſtitutus: ſecus autem quando non poteſt valere in vim legati, & fideicommiſſi pro vt quando confertur in eum qui eſt heres: & ideo videmus ꝙ in caſu quo non fuerit adita hereditas defuncti quia tunc donatio non poteſt valere in vim legati, ſeu fideic. non iudicatur vti legatũ quoad illũ effectum, vt annulletur propter defectum aditionis gl. com. approbata in l. Filie cuius in glo. magna ad fi. C. fam. her. vt dictum fuit in l. 1. ſ. de leg. primo. Nam inductum quidem fuit, vt donationes predicte fungantur vice legatorum, & fideicommiſſorũ quo ad effectum, vt habeant maiorem vim & efficaciam: idcirco iſtud non debet in contrarium effectum retorqueri, videlicet, vt fungantur vice legatorum quando ex eo annullaretur. Adducitur ſecõdo quia ſaltem ex eo quod teſtatur grauat heredem vltra dodrantẽ hereditatis ita, vt ſit locus l. Falcidie, colligitur, quod eius voluntas fuerit reuocare dictas donationes collatas in heredem grauatum, & velle, ꝙ res donate illi in quartam imputenẽ quam rationem conſiderat gl. in d. l. filiam & Im. hic. Sed iſtud aſſumptum non eſt verum, vt patebit ex his quæ ſtatim dicemus. Concludendo dico ꝙ veritas eſt in contrarium, videlicet, quod heres etiã per parte hereditatis quam habet intelligatur habere rẽ ſibi donatam iure donationis vti donatarius, & quod pro d. parte donatio firma permaneat, & propterea quod nulla ratione pro d. parte poſſit in quartam imputari in computatione in ratione l. Falcidie quæ omnia probantur per tex. in d. l. ſequens queſtio. Nam dum tex. ille vult quod res ipſa donata non contineatur in fideicõmiſſo, quo ipſe heres grauatur reſtituere hereditatem vtiq; videẽ preſupponere, quod rem donatã non dicaẽ habere iure hereditario, quia ſi diceretur habere iure hereditario contineretẽ in fideicommiſſo l. in fideicommiſſario. §. fi. J. ad Trebell. Dum ẽt tex. vtitur illa ratione, quia illam rẽ donatam haberet quamuis alius eſſet heres & non ipſe donatarius, preſupponit ꝙ etiam quãdo eſt heres dicatur tamen habere illam rem eodẽ iure quo haberet alius donatarius qui nõ eſſet heres, & ſic iure donatiõis, & veluti donatarius nõ autẽ iure hereditario veluti heres dũ ẽt

dicit rem donatam computari extra cauſam
bonorum aperte preſupponit nullo modo
computari poſſe in ratione Falcidie, nec vti
comprehenſa in fideicommiſſo, nec veluti re-
ſeruata pro quarta, ſed computari veluti res
quæ non exiſtat in bonis nec in hereditate de-
functi tempore mortis, ſeu quia vt dictum
fuit ſupra in hac computatione in ratione l.
Falcidie ſolum debet haberi ratio eorum quæ
ſunt in bonis, & in hereditate defuncti tem-
pore mortis ſuæ d. l. in quantitate in princ.
ſupra eo. & inſt. eo. §. quantitas. Ratio pre-
dictorum eſt euidens ex quo clarum eſt, quod
teſtatur voluit, quod ipſe heres vti donata-
rius, & iure donationis habeat rem ipſam do-
natam quam in illum contulit titulo dona-
tionis, & quia d. donatio confirmatur ante adi
tionem hereditatis, vt declaratum fuit in l.
2. ſupra de leg. p. Propterea ſequitur, quod
rem donatam habeat iure donationis ātequam
habeat hereditatem. Quinimo ex quo confir-
matio d. donationis quæ in veritate inducitur
in morte defuncti ante aditionem retrotrahi-
tur ad tempus conſcripte donationis. l. do-
nationes quas parentes. C. de don. int. vi. &
vx. l. ſi mortis cauſa inter virum ff. de don.
cauſa mor. & dictum fuit in d. l. 2. idcirco
vtiliter poteſt in heredem conferri, & quod
magis eſt dicētur abdicate à patrimonio ipſius
defunti non poſt mortem, ſed in ipſa morte,
& propter hanc rationem non dicetur eſſe in
hereditate, & in bonis defuncti, quoniam
non dicitur relicta in bonis defuncti tempore
mortis ſue, ſed tunc temporis ab eius patri-
monio abdicata, & per hanc rationem non po
teſt haberi ratio ipſius rei in computatione in
ratione l. Falcidie. Nec poſſumus dicere, nec
eſt verum, quod textus cenſeatur reuocare do
nationem collatam in heredem ex eo quia gra
uat ipſum vltra dodrantem hereditatis. Nam
ſi loquimur in caſu quo preciſe grauat in re do
nata pro vt poteſt d. l. ſequens queſtio. nullo
modo colligi poteſt, quod velit d. donatio-
nem reuocare, quoniam cenſetur ipſum gra-
uare non vti heredem ſed veluti donatarium,
& tanquam vnum qui commodum capiat, &
non ſit heres, & ideo in d. re donata nullo mo
do admitti poterit ratio Falcidie, vt eſt caſus
in l. acceptis infra eodem in l. mulier. §. fina.
infra ad Trebellianum. Aut vero non gra-
uat ipſum in re donata, vel pretextu, ſeu oc-
caſione d. donationis, ſed ſolum veluti he-
redem, & occaſione hereditatis, & nullo mo-
do ex hoc colligi poteſt coniectura, quod
voluerit reuocare donationem in ipſum he-
redem collatam. An autem res predicte do-
natæ per has donationes, quæ morte confir-
mantur imputentur in quartam Trebellini-
cam, & in legitimum infra dicetur.

Predictam concluſionem principalem vi-
delicet non imputari in quartam Falcidiam
in computatione in ratione Falcidie, ea quæ
accipiuntur ex bonis defunti per eius diſpoſi-
21 tionem inter viuos * limitant Bartolus,
& alii omnes hic in 2. opp. prime partis, in
his quæ dantur heredi per teſtatorem in vita
ea mente, vt imputetur in quartam Falcidie;
de quo eſt caſus in l. cum quo. §. fin. ſupra eo.
Et in hac limitatione Doct. preſupponūt, quod
in caſu iſto heres dicatur habere illud non ex
teſtamento, nec ex diſpoſitione vltime volun-
tatis defuncti ſed ex diſpoſitione inter viuos:
nam aliter d. limitatio non eſſet de regula
l. nam quod liquide in princip. ſupra de pen.
leg. Et propterea ſtat dubitatio qua ratione
poſſit procedere in iſtis rebus d. imputatio in
quartam, cum tamē ea quæ non accipiun-
tur ex diſpoſitione vltime voluntatis defun-
cti non pertineant ad hanc imputationem in
quartam, vt preſupponit textus noſter hic &
ſupra dictum fuit. Huic dubitationi reſpōdet
Rip. hic numero 35. quod licet illud, quod
fuit datum heredi per teſtatorem, in vita non
ſit hereditarium nec accipiatur iure heredita-
rio ſed ex diſpoſitione inter viuos, tamen
quia in traditione rei fuit reſeruatum iſtud ius
imputationis in quartam, quod ius eſt here-
ditarium pro vt dicitur hereditarium ius ſer-
uitutis quam quis reſeruat in traditione rei l.
ſi tibi liberum. ff. de act. emp. l. ſi bonarum
ff. de ſeru. rub. pred. quod iſta ratione erit
in quartam imputandum. Melior ratio eſt,
quod in caſu iſto quamuis heres in veritate ha-
beat rem ex illa datione facta per teſtatorem
in vita tamen iuris fictione dicitur illam ha-
bere ex inſtitutione, vt iure hereditario, & ip-
ſa res cenſetur hereditaria, & in hereditate
conſeruata. Hoc manifeſte preſupponit
textum in d. l. cum quo. §. fi. dum dicit, quod
in caſu illo teſtator legauit dodrantem. Nam
in hoc preſupponit, quod res data heredi
computatur in hereditate, nam alias teſtator
diceretur legaſſe non ſolum dodrantem, ſed
vniuerſum patrimonium, quod poſt mortem
reliquit: & ratio eſt quia cum d. res ſit data
contemplatione illius partis quam iure inſtitu-
tionis, & veluti heres debet habere per Fal-
cidiam, igitur cenſetur habere illam rem
iure inſtitutionis, & hereditario, pro vt ha-
beretur hereditas, quemadmodum dicimus de
legato, quod teſtator in vita ſoluit legata-
rio, quia legatarius, cenſetur habere illud iu-
re legati, vt not. in leg. Lucius, ſupra de
leg. 2. Hinc infero, quod ſicut teſtator poteſt
reuocare inſtitutionem per quam hereditatem
contulit in ipſum heredem ita etiam poſſet re-

uocare illud, quod viuens dedit pro Falcidia per ea que not. Bartolus in l. cum quis decedens. §. primo ſupra de leg. 3. Hinc infertur etiam quod ubi heres non adiret hereditatem teſtatoris non retineret illud quod teſtator viuens ſibi asſignauit ꝓ ſua Falcidia, quia videtur ſibi asſignatũ pro parte ſua portionis hereditatis quemadmodum priuatur legato, quod ſibi asſignatum fuit pro ſua portione hereditatis l. quid ergo. & quod tibi not. ſupra de leg. primo. Et aduerte quia textus in d. l. cum quo §. fi. preſupponit quod iſtud imputetur ipſo iure in quartam in computatione in ratione Falcidie, ad eo vt faciat quod teſtator videatur reſeruaſſe quartam heredi, & quod legata non cenſeantur excedere dodrantem ex quo ipſo iure ceſſet diſpoſitio l. Falcidie circa diminutionem legatorum.

23 ALIA dubitatio eſt * an illud, quod datum fuit heredi in vita per teſtatorem in dubio preſumatur datum ea mente, vt imputetur in quartam Falcidie. Iſta dubitatio non poteſt procedere quando alia cauſa puta donationis vel dotis fuiſſet expreſſa in datione, quia tunc clarum eſſet quod cenſeretur datum ob dictam cauſam expreſſam non autem ob illam cauſam iumputationis in quartam, vt eſt caſus in d. l. pater filiam. Solum poteſt procedere quando in datione nulla cauſa fuit expreſſa, & in caſu iſto communiter omnes concludunt, quod vbi datum ſupplet quartam in dubio preſumatur datum ob illã cauſam, vt in quartam imputetur, ita Bartolus, Ang. Imo. & Alex. in d. l. cum quo. §. ſi. Bartolus in l. prima §. ſi parens infra ſi quis a par. fue. man. Pic. & Rip. hic: & de hoc eſt caſus in d. l. cum quo. §. fi. qui textus preciſe loquitur in iſtis terminis: ſed in caſu quo datũ fuit minus quarta videtur eſſe openiones. Nam & Bartolus & Ang. in locis prelegatis dum loquunt̃ in diſtinctevidentur velle, quod etiam in caſu iſto preſumatur datum vt imputetur in quartam, quod etiam ſequitur Pic. hic. Attamẽ Imo. & Alex. quos hic ſequitur Rip. tenent oppoſitum per textũ in l. ſi quando in princ. C. de inoff. teſt. & quia textus in d. §. fi. loquitur quando datum ſupplet quartam. Iſte opiniones poſſunt concordari, nam in caſu quo queſtio fit an cenſeatur datum ea mente, vt nihil aliud poſſit heres habere pro quarta, & in caſu iſto requiritur, quod non ſit datum minus quarta & ita loquitur textus in d. §. fi. Vult enim quod datum debeat ſupplere quartam ad effectum, vt nihil aliud ratione l. Falcidie poſſit interuenire vt loquitur textus in d. l. ſi quando:, & procedit opinio Imo. & Alex. hic ſi vero queſtio fit an cenſeatur datum ea mente vt pro concurrenti quantitate imputetur in quartam ad effectum vt tanto minus deſit ad ſupplendam quartam, & abſque dubio dicendum eſt, quod ſic, & ita procedit opinio Bartol. & Ang. Et ratio eſt quia ſi non cenſeretur datum ob dictam cauſam, ex quo nulla alia cauſa fuit expreſſa datio ipſa foret nuda, & ex ea non potuiſſet transferri dominium l. nunquam nuda. ff. de acq. rer. dom. Sed diceretur reſeruatum in bonis, & in hereditate ipſius teſtantis & ideo in quartam imputaretur prout omnia alia quæ ad heredem peruenerunt vna cum hereditate, & cum hic effectus imputationis in quartam reſultat ex datione nuda ſine cauſa, iccirco cenſeri debet donatio facta ob cauſam predicti effectus dum ſit ſine expresſione cauſe, & alia cauſa non preſumitur.

24 TERTIO dubitatur * quid in caſu quo datum ſit vni ex heredibus, per teſtatorem in vita ea mente vt imputaretur in quartam, in hoc enim caſu non loquitur textus in d. l. cum quo. §. fi. quia loquitur, quando datum eſt, ei qui eſt ſolus heres, an iſtud ſit illi heredi imputandum in quartam in computatione in ratione l. Falcidie. Huic dubitationi reſpondetur, quod vbi in datione expreſſum eſſet, vt illud imputaretur in quartam idem eſſet pro, vt ſi non eſſet alius heres, videlicet, vt in computatione in ratione l. Falcidie debeat omnino imputari in quartam. Et ratio eſt quia iſtud videtur datum huic heredi etiam ea mente, vt in diuiſione hereditatis inter ipſum, & coheredem imputetur illi in ſuam partem, & portionem hereditatis ex qua fuit inſtitutus. Nam ſi teſtator voluit, quod in quartam ſue hereditarie portionis imputetur, ſequitur, quod etiam imputetur in ſuam hereditariam portionem, & propterea tanquam res ſue hereditarie portionis in computatione in ratione l. Falcidie imputabitur ſibi in quartam, quia totam ipſam rem dicetur habere ex ſua hereditaria portione ſaltem iuris fictione. Sed vbi iſtud non fuiſſet expreſſum in datione iſto caſu non procederet deciſio d. l. cum quo. §. fina. Nam ſi preſupponimus extare aliquas coniecturas propter quas poſſit colligi preſumptio donationis inter viuos vel cauſa mortis, & tunc non poterit dici datum ob cauſam d. imputationis: ſiquidem preſupponimus extare coniecturam, quod datio illa facta ob cauſam legati ſeu preceptionis, & pro parte coheredum non poterit dici datum ob id, vt in quartam imputetur, attento quod id non fuit expreſſum prout etiam dicimus in legato pro portione coheredis l. quod autem ſupra eo. Vbi vero datio ipſa diceretur nuda ſine cauſa, tunc id, quod datum fuit non deſinet eſſe in hereditate, & propterea pertinere ad ſingulos heredes pro hereditariis portionibus; vnde non poterit agi niſi de impuutatione ſuæ

hereditarie portionis quæ ad ipſum peruenit
Non enim hoc caſu dici poteſt quod cenſea-
tur datum ob illam cauſam, vt imputetur in
quartam niſi in quantum hic effectus reſultat
ex datione qua ſit nuda & facta ſine cauſa, vt
ſupra dictum fuit.

25 ALIA concluſio eſt ſiue regula * quod
non imputantur ipſo iure in quartam in com-
putationem in ratione l. Falcidie ea que ad gra
uatum peruenerunt per mortem teſtatoris non
ex eius diſpoſitione, ſed alterius, quam con-
cluſionem preſupponit manifeſte textus no-
ſter hic in eo dum vult ad materiam imputa-
tionis pertinere ſolum ea quæ ad heredem per
uenerunt ex diſpoſitione vltime voluntatis de
functi: & ratio eſt euidens, quia ea quæ conſe-
quitur heres ex diſpoſitione alterius non ex
diſpoſitione teſtatoris non dicerentur eſſe de he
reditate ipſius, igitur &c. d. l. quantitate in
princ. ſupra eodem & inſtit. eo. §. quantitas.
Et propter hanc rationem feudalia non impu-
tantur in quartam, vt dicunt Ang. Raph.
Pau. in l. ſi patroni in princ. infra ad Trebell.
nec etiam emphiteotica Bal. & Sal. in l. omni-
modo. C. de inoff. teſt. Alex. conſil. 8. Vi-
tis col. 8. Vol. 3. & conſ. 89. Vtrum emphiteo
ſis, vol. 4. cum aliis concordantibus de quibus
per Rip. hic nu. 67.

26 TERTIA concluſio ſeu regula * quod
non imputetur in quartam in computatione
in ratione l. Falcidie id quod iure legati vel fi-
deicommiſſi accipit heres, quam manifeſte po
nit textus noſter quia iſtud non poteſt in quar
tam imputari, circa quam regulam ſunt ali-
que dubitationes. Prima eſt quæ ſit ratio qua
re non poſſint in quartam imputari iſta que
grauatus accipit iure legati, vel fideicommiſ-
ſi. Ad iſtud reſpondo rationem eſſe ex eo quia
vel iſtud non deducitur in computatione in
ratione Falcidie, & propterea non poteſt in d.
computatione in quartam imputari, vel ſi de-
ducendum eſt in d. computatione ea ratione
non poterit in quartam imputari quia erit cõ-
prehenſum in legatis & fideicommiſſis, & il-
lud quod eſt inclusum in legatis apparet, quod
non ſit reſeruatum heredi d. l. in quantitate. §.
fina. ſupra eodem & inſt. eo. §. fi. Declaro quan
do heres grauatus accipit aliquid iure legati à
coherede ſeu ex coheredis portione iſtud non
deducitur in computatione in ratione l. Falci
die, quæ ſit in portione hereditaria illius gra-
uati, quoniam non accipitur ex portione here
ditaria illius grauati, ſed ex portione cohere-
dis, ſui nã in computatione in ratione l. Falcid.
ſuper hereditaria portione grauati deducitũ ſo
lũ id ꝙ eſt in ſua hereditaria portiõe. Nõ aũt id
ꝙ eſt de portiõe alterius coheredis l. in ſingulis
ſupra eo. & inſt. eo. §. & cũ queſitũ. Et illud, ꝙ
iure legati, vel fideicom. à ſuo coherede accipit
iſte grauatus deducendũ eſt in cõputatione in
ratione Falcidie ſuper portione hereditaria ſui
coheredis, & propterea nullo modo poterit
huic grauato imputari in quartam in compu-
tatione in ratione l. Falcidie ſuper ſua herdita
ria portione: ſimiliter cum iſte grauatus acci-
pit aliquid iure fideicommiſſi ab aliquo lega-
tario qui accepit legatum ab ipſomet graua-
to. nam ſi accipit iure fideicommiſſi aliquid,
quod ſit extra. rem legatam illi legatario tunc
quia iſtud non eſt ex hereditaria portione gra
uati verum extra hereditatem ipſius teſtatoris
idcirco non erit deducendum in computatio-
ne in ratione Falcidie. nec poterit in d. compu
tatione illi heredi grauato in quartam impu-
tari, & eo maxime quia propter fideicommiſ-
rum iniunctum legatario non ſit, quod tanto
minus dicatur eſſe in legato. l. Imperator ſupra
de leg. 2. & propterea etiam non poteſt facere
quin tantum cenſeatur eſſe in legato, quantum
eſſet ſi heres grauatus iure fideicommiſſi nihil
acciperet à legatario, ita quod nec etiam pote
rit in d. computatione in quartam imputari eo
pretextu quia faciet, quod tanto minus cenſea
tur eſſe in legatis. Non enim intereſt an lega-
tarius grauetur dare alteri an ipſi heredi ex
quo heres accipit non vti heres ſed veluti qui-
liber alius fideicommiſſarius. Vbi vero heres
grauatus accipit à legatario iure fideicommiſ
ſi rem legatam vel partem ipſius tunc etiam ea
ratione non poterit in quartam imputari quo
niam etſi d. res legata huic legatario ſit dedu
cenda in computatione in ratione l. Falcidie,
attamen quia deducetur vti comprehenſa in le
gatis ſeu fideicommiſſis relictis ab ipſo herede
grauato propterea in d computatione non po
terit heredi ipſo iure in quartam imputari.
Quod autem deducatur in computatione tam
quam comprehenſum in legatis, apparet, quia
propter fideicommiſſum quo legatarius gra
uatur date heredi rem legatum vel partẽ eius
non dicetur tanto minus eſſe in legato d. l. im
perator, & quia dum teſtator illam rem lega
uit, & deinde voluit quod eadem res perueniat
ad ipſum heredem non vti heredem, ſed vti fi
deicommiſſarium conſtat manifeſte quod teſta
tor d. rem includit in legatis non autem reſer
uauit in quartam hereditatis, & hanc rationem
ſenſit textus in l. ſi ame ſupra eo. Alia eſt dubi
27 tatio * an teſtator poſſit diſponere quod
imputetur in quartam Falcidiæ in d. compu-
tatione illud, quod accipit heres iure legati,
vel fideicommiſſi. glo. in verſicul. à cohere-
de. Bartolus, & alii omnes in q. opp. prime
partis concludunt, quod ſic per textum in leg.
quod autem ſupra eodem. Dicunt enim quod
predicta regula quam ponit textum noſter fal-
lit in caſu d. l. quod autem. Tu vero aduerte
quia textus in d. l quod autem probat in

contrarium videlicet, quod diſpoſitio teſta-
toris non efficiat quod in conputatione in ra-
tione leg. Falcidie imputetur in quartam id,
quod heres acipit iure legati, vel fideicom-
miſſi. Dum enim textus ille dicit denegan-
dam eſſe actionem legatorum ſi heres voluerit
vti l. Falcidia, aperte preſupponit, quod mero
iure ſit locus l. Falcidie circa diminutione lega
torum, & quod heres poſſit vti d. l. Falcidiæ,
quamuis vtendo priuaretur commodo legato
rum, & conſequenter preſupponit, quod in cō
putationem in ratione l. Falcidie illud quod le
gatum fuit heredi non imputetur in quartam
quia imputatio in quartam que fit in computa
tione in ratione l. Falcid. pertinet ad id, vt pro
quātitate eius, quod imputaretur ceſſat diſpo-
ſitio l. Falcidie & non poſſit interuenire l. in
quantitate. §. fi. & l. qui fundum in prin. ſupra
eo cum aliis concor. Concludendum eſt igitur
quod teſtator non poſſit facere, vt in computa
tione in ratione l. Falcidie imputetur in quar-
tam id, quod heres accipit iure legati, vel fidei
commiſſi, & eſt ratio quia non poteſt facere, ꝙ
in computasione in ratione l. Falcidie deduca-
tur aliquid quod non ſit ex hereditaria portio
ne illius grauati ſuper qua fit computatio, nec
poteſt facere, quod heres inuitus cogatur acci
pere rem ſibi legatam, que non ſit ex ſua here-
ditaria portione pro quarta hereditariæ por-
tionis quam ſibi per leg. Falcidiam teſtator te
netur reſeruare, non enim aliud pro alio ſibi
inuito preſtari debet l. 2. §. 1. ad fi. ff. ſi cert pet.
& ideo non poteſt facere teſtator quod pretex
tu rei quam per legatum relinquit heredi gra-
uato ceſſet ipſo iure diſpoſitio l. Falcidie, quia
nulla alia uia poteſt ceſſare diſpoſitio d. l. Fal-
cidie niſi dum reſeruat heredi grauato quartā
ſuæ hereditariæ portionis quę non ſit compre
henſa in legatis d. l. in quantitate, §. fi. & Inſt.
eo. §. ſi. poteſt quidem facere teſtator quod he-
res teneatur per viam compenſationis ſeu ex-
ceptionis imputare illud, quod accipit iure le-
gati vel fideicōmiſſi cū eo quod per leg. Falci-
idiam poteſt ex d. legatis deducere, & de hac
imputatione loquitur tex. in d. l. quod autem
& procedere poteſt id quod dicunt Doc. ſupra
relati per illum tex. vt. j. dicetur in 2. ſpecie im
putationis in quartam quę fit dum agitur de
compenſatione de qua non loquitur tex. no-
28 ſter. Tertia eſt dubitatio * an ſaltem ad
commodum eius à quo heres grauatus accipit
legatum imputetur ipſi heredi in quartam in
computatione in ratione l. Falcidie. Videret
prima facie dicendum quod ſic per tex. in l. Ne
ſennius in princ. & §. 2. & l. filio. j. eo. & l. here
di ſupra de his qui. vt ind. per ea que conclu-
dunt alii in 3. opp. prime partis. Veritas tamē
eſt in contrarium videlicet quod nullo modo
ne dum in cōmodum eius à quo heres aliquid
accipit imputetur heredi grauato in quartam
in d. computatione in ratione l. Falcidie ſed
ſolum imputatur dum agitur de computatio-
ne cum eo quod poteſt per l. Falcidiam detra-
hi ex legatis & ſic imputatur per viam compē
ſationis ope exceptionis vt aperte preſuppo-
nit tex. in d. l. Neſennius. Verſ. ſed cum his.
dum enim dicitur in tex. quod vbi heres gra-
uatus petit à legatario aliquid ex teſtamento
non eſt audiendus ſi deſiderat vti beneficio l.
Falcidie, aduerſus ipſum legatarium, aperte
preſupponit quod mero iure cnmputetur be-
neficium d. l. Falcidie, & quod heres poſſet
vti illa aduerſus ipſum legatarium caſu quo
non peteret ab ipſo illud, quod ſibi ab eo reli-
ctum fuit, que omnia denotant, quod id non
imputatur in quartam in imputatione in ratio
ne l. Falcidiæ, ſed ſolum dum agitur, vt per
viam exceptionis, ſeu replicationis compenſe-
tur cum illo, quod heres per l. Falcidiam poſ
ſet ex ipſis legatis mero iure detrahere. hoc idē
aperte preſupponit textus in d. l. filio ad fin,
dum dicit quod mero iure poteſt heres graua-
tus quartam retinere ſed non aliter conſequi
poterit ea que ſibi relicta ſunt à legetario quā
ſi paruerit voluntati defuncti in ſoluendo inte
gra legata illi legatario que verba denotant il
lod quod accipit heres iure legati, vel fideicō-
miſſi ne dum ad commodum eius à quo acci-
pit pertinere ad hanc imputationem in quar-
tam que fit in computatione in ratione l. Falci
die. Sed ſolum ad aliam ſpeciem imputatio-
nis quę fit dum agitur de compenſatione, idem
preſupponit tex. aperſus in d. l. heredi ad fi. in
his verbis, quod Falcidiam æquitate compen-
ſationis recuſaret, & in l. filium quem haben-
tem. C. fam. her. in his ver. compenſato pre-
teream, quod à coheredibus vice mutua perce-
pit, & ibi deducto eo quod à ceteris in eo fundo
ſoluitur, vt latius dictum fuit in declaratione
d. l. & hoc idem de mente eſt omnium Doct.
& dicet vt in ſequenti ſpecie imputationis.
29 Quinta eſt dubitatio * an id ꝙ accipit heres
pro pretio rei legatę ſibi imputetur in quar-
tam in computatione in ratione Falcidie. Ad
hoc reſp. gl. fi. in princ. Bart. & omnes alii in
decima opp. primæ partis quod imputabitur
per tex. in l. qui fundum in princ. & in l. ſi di-
gnum ſupra eo. vbi eſt caſus: & iſta concluſio
eſt indubitata & rationem ponit tex. quia in
caſu iſto in legato dicetur illud ſolum plus ꝙ
eſt in re quam in pretio, nō autem tota res qui-
nimo tantum de ipſa re quantum eſt quantitas
pretii intelligitē reſeruatum heredi non com-
prehēſum neque incluſum in legatis, ita quod
in computatione in ratione Falcidie illud lega
tum in quo iuſſus eſt heres vendere aliquam
rē hereditariā non imputabitur niſi pro legato
illius quātitatis que plus eſt in re quā in pretio

&res ipſa pro concurrenti qualitate pretii, dicetur reſeruata in hereditate non incluſa in legato & ideo in d. computatione imputabitur in
10 quartam * Intelligitur autem heres aliquid accipere pro pretio quoties verba legati denotant, quod heres non preciſo iure ſeu titulo legati, ſed ex aliquo contractu teneatur transferre aliquam rem in legatarium, & quod legatarius illam habeat magis ex contractu inter viuos quam titulo legati, vt iſto in caſu quando iuſſit heredem vendere fundum pro cẽtum d. l. qui fundum in princ. d. l. ſi dignum. Sed vbi verba denotarent quod heres teneretur transferre rem in legatarium titulo legati ita vt legatarius illo titulo & non alio intelligatur habere tunc heres id quod habuit ab ipſo legatario intelligetur habere pro pretio rei legatae. Ratio huius eſt euidens quia cum in titulo legati in quo ſolum eſt cauſa more lucratiue non aliter veniat pretium: idcirco non poſſet cenſeri actum quod heres habeat ratione pretii, quã do actum fuit quod interueniat ſolum titulus legati. Ad hoc igitur vt teſtator videatur velle, quod habeat ratione pretii requiritur quod actum ſit vt interueniat alius contractus ſeu cauſa quæ nõ ſit lucratiua ſed honeroſa in qua interueniat pretiũ vel aliquid loco pretii. Accedit quia vbi vere actũ eſt, quod habeat nomẽ pretii intelligitur, non quod tota res ſit in legato, ſed illud ſolum, quod ſupereſt deducto eo quod accipit heres d. l. qui fundum in prin. d. l. ſi dignum. Sed vbi verba denotant, quod heres teneatur transferre rem titulo legati nõ autem ex alio titulo, verba ipſa aperte demonſtrant, quod tota res eſt in legato & quod legatarius habeat rem legatam iure legati: igitur non poteſt intelligi heres habere pro pretio id quod habuit à legatario. Et ſi dicatur quando verba denotabunt quod heres teneatur transferre rem ex alio titulo quam legati, & quan-
11 do ſolum ex titulo legati. Reſpõdeo * quod in duobus caſibus denotabunt quod teneatur transferre ex aliquo contractu, primus eſt quando nomen contractus fuit expreſſum pro vt quando iuſſit heredem vendere Titio vel permutare cum Titio & hic caſus non habet dubium. Alius caſus eſt quando teſtator grauat heredem ad faciendum dationem ſeu traditionẽ quæ ſit ſub modo ita vt relictum teſtantis non ſit ſub modo ſed quod datio vel traditio fienda ab herede exiſtat ſub modo. exẽplum quia teſtator dixiſſet heres meus dato fundum Titio pro centum vel dato fundum Seianum Caio pro fundo Titiano. Nam in caſu iſto illa verba pro cẽtum vel pro fundo Titiano relata ad actum dationis explicandum per ipſum heredem denotant, quod datio ipſius heredis fiat ſub modo vt dentur ſibi centum vel fundum Titianus, & ſic denotant illum contractum qui reſultat ex illa datione facta ſub illo modo, videlicet aut venditionem aut permutationem, aut contractũ innominatũ, Do. vt des iuxta ea quæ habentur in l. naturalis §. 1. ff. preſ. verb. & probantur in l. fi. ff. de cond. ob cauſam, & in iſtis terminis intelligi debet id, quod concludunt Bart. & alii omnes hic in vltima opp. primæ partis & in l. in ratione. §. tametſi ſupra eodum dicunt quod non ſolum quando heres iuſſus eſt vendere, ſed etiã quando accipit in vim modi intelligere accipere pro pretio, vt hoc procedat quando modus cenſetur adiectus dationi explicande per ipſum heredem & ad ipſam dationem relatus, ita quod heres accipiat per viam illius modi ſub quo modo facta fuit pro ipſum datio, & in his terminis loquitur & procedit exemplum illud quod ponunt Bart. & alii: exemplificant enim quando teſtator iuſſit heredem dare fundum Titio pro centum, ſed quando iſta duo ceſſant quia non ſit expreſſum nomen contractus nec onus iniunctum legatario de dando aliquid heredi fuit datum ad modificandam dationem explicandam per ipſum heredem in legatarium, ſed ad qualificandam diſpoſitionem ipſam legati factam à teſtatore, nunquam verba denotabunt quod heres teneatur transferre in legatarium ex alio titulo quam legati, ſiue illud onus ſit iniunctũ legatario per viam cõditionis ſiue per viam modi, ſiue per viam ſimplicis fideicommiſſi. Ratio eſt ad modum manifeſta quia cum verba non ſignificãt quod datio fiat per heredem ſub aliquo modo non poterunt eſſe apta ad denotandum quod teneatur transferre ex alio contractu ſed ſolum ex diſpoſitione ipſius teſtatoris: Et hac ratione dico, quod non ſolum in caſu quando eſt iniunctum onus legatario de dando aliquid heredi in figura ſimplicis conditionis non dicetur accipi pro pretio vt eſt tex. noſter his in ver. fin. & in l. adultera. §. ſi. ſupra eo, & in d. l. in ratione. §. tametſi. Sed etiam in caſu quando illud onus iniunctum eſſet per ablatiuos abſolutos, puta quia dictum eſſet acceptis centum dato fundum Titio. Nam illa verba acceptis centum ſolum adaptantur ad faciẽdum quod legatum intelligatur factum ſub conditione & quod ipſe legatarius intelligatur grauatus dare illa centum, quia ablatiui abſoluti importãt vtrunque l. à teſtatore ſupra de cond. & dem. non autem ad denotandum, quod per heredem fiat datio fundi ſub illo modo vt legatarius det centum, & ſimiliter quando dictum eſſet per viam modi quia dictum eſſet lego fundum Titio, vt det heredi centum, non dicetur accipi pro pretio quia hic modus non poteſt dici adiectus dationi explicandæ per ipſum heredem nec ad modificandam ipſam dationem cum actus dationis non fuerit expreſſus ſed ſolum ad qualificandam diſpoſitionem

legati cum relatus ſit ad verbum diſpoſitiuum
& ad actum ipſius teſtatoris & in caſu iſto nul-
lo modo poſſet procedere id quod dicunt Bar.
& alii hic in vlt. opp. & in d. §. tametſi. De eo,
quod accipit heres per viā modi ſolum poteſt
eſſe dubitatio in caſu quo teſtator dixiſſet, he-
res duo fundum Titio, vt det tibi centum, an
modus intelligi debeat adiectus dationi expli-
cande per heredem an verò diſpoſitioni ipſius
legati quia illud verbum dato in caſu preſenti
fuit prolatum non ſolum ad ſignificandam da
tionem explicandam per heredem in executio
ne legati, ſed etiam ad inducēdam ipſam diſpo
ſitionem legati, & propterea verba ſunt apta
ad denotandum non minus quod ſit adiectus
ad diſpoſitionem quam ad actum dationis ex-
plicandum per ipſum heredem. Probabilius
tamen eſt vt hæc verba magis accipiantur in
hunc ſenſum, vt modus videatur adiectus ma-
gis diſpoſitioni quam dationi explicandæ per
ipſum heredē. Ratio eſt quia onus iſtud vide-
tur adiectū ab ipſo teſtatore illi legatario vti
legatario, igitur non poteſt dici modus adie-
ctus dationi explicande per ipſum heredem,
quando in caſu iſto onus illud nō diceretur ad
lectum ab ipſo teſtatore, ſed iniungendum eſ-
ſet ibi ꝑheredi in ipſa datione illi legatario,&
non veluti legatario ſed veluti emptori vel ali
ter ſecum contrahenti. Non ita quando dictū
eſſet dato fundum pro centum, que verba non
denotant quod teſtator iniungat illi legatario
iſtud onus dandi centum, ſed quod illud iniun
gat heres in ſua datione, & non veluti legata-
rio ſed veluti emptori vt dictum fuit ſupra. Id
igitur, quod dicunt Bart. & alii hic & in d. §. ta
metſi procedit in caſu quando ſunt huiuſmodi
verba dato fundum pro centum vel conſimilia
pro vt etiam exemplificant ipſi, nō autem quā
do dictum eſſet dato fundum Titio, vt tibi det
centum, vel vt tibi det domum.

QVARTA concluſio eſt ſeu regula
32 * non imputari ipſo iure in quartam in com
putatione in ratione l. Falcidie id quod heres
accipit cauſa conditionis quam regulam ponit
tex. noſter manifeſte in princ. & in d. l. in ratio
ne. §. tametſi. Et ratio eſt vt dicit textus noſter,
quia iſtud nō poteſt in quartam imputari. qua
re autem nō poſſit in quartam imputari ea eſt
ratio. quia non deducitur in computatione in
ratione Falcidie, ex quo non habet ex patri-
monio ſeu ex hereditate defuncti, ſed extra he
reditatem, ut dicit tex. noſter hic. vel poſito ꝙ
ſit ex conditione dandum aliquid, quod ſit ex
hereditate defuncti non tamen erit ex heredita
ria portione illius grauati, ſed ex portione co-
heredis, & ideo nō poterit deduci in computa
tione in ratione Falcidie in qua ſolum deduci-
tur quantitas patrimonii illius defuncti & he-
reditarie portionis illius grauati d. l. in quanti
tate. §. fi. d. l. in ſingulis ſupra eo & Inſt. eo. §.
ſed cum queſitum eſt & §. fi. Iſta concluſio pro-
cedit non ſolum in caſu quo iſte grauatus acci
pit aliquid iure conditionis adiecte inſtitutio-
ni coheredis vel alicui legato relicto à cohere-
de pro vt quando inſtitutus eſſet coheres ſub
conditione dandi decem huic grauato vel reli
ctū ab ipſo coherede legatū ſeio ſub cōditione
ſi ipſe ſeius dediſſet huic heredi grauato, quia
in caſu iſto conſtat iſtud, quod accipitur cauſa
conditionis non eſſe de portione hereditaria
ipſius heredis grauati, ſed etiam procedit in
conditione adiecta legato relicto ab ipſo gra-
uato prout quando grauatur dare fundum Ti
tio ſub conditione ſi Titius dederit ſibi decem,
vt eſt caſus in l. noſtra ad fi. & in d. §. tametſi
& in l. ſi fundus legatus ſupra eo. Nam etiam
iſto caſu dicetur accipi extra hereditatem, vt
dicit tex. noſter ad fin. & propter id quod he-
res accipit non ſit quod in computatione in ra-
tione l. Falcidie tāto minus dicatur eſſe in lega
to, vt dicitur in textu hic ad fi. & in l. aduete-
rani ad fi. ſupra eo. Verba enim denotāt quod
heres teneat transferre rē titulo lega. in legata
riū & ꝙ legatarius habeat totā rē iure legati.
igitur conditio nō operatur quin totum ſit in
legato: quod non eſt in eo quod accipitur no-
mine pretii, quia verba denotant, quod legata
rius habeat rem ex contractu inter viuos, vt di
ctum fuit ſupra, ita quod legatum non vere eſ
ſe de re ſed de illo tantū in quo dicitur plus eſ
ſe in re quam in pretio, & idcirco facit quod tā
to minus dicatur eſſe in legato, & quemadmo-
dum onus legati vel fideicomniſſi iniunctum
illi legatario non facit quod tanto minus dica
tur eſſe in legato in computatione in ratione l.
Falcidie vt ſupra dictum fuit in precedenti re-
gula ita etiam onus conditionis. Et ſicut onus
conditionis de dando alteri non facit quod tan
to minus cenſeatur eſſe in legato, ita nec etiam
onus conditionis de dando ipſi heredi, quia he-
res non accipit vti heres, vel iure hereditario
ſed ex mortis cauſa capione veluti qui libet a-
lius qui accipit ex conditione l. acceptis. ff. eo.
& in text. noſtro cum aliis concord. ſupra alle
gatis. Et ſi dicatur quare in computatione in ra
tione l. Falcidie iſtud, quod dat legatarius he-
redi ex cauſa conditionis non facit, quod tan-
to minus dicatur eſſe in legato prout facit in il
la computatione quæ ſit ad cognoſcendum in
quantum poſſit grauari ipſe legatarius l. non
amplius in princ. & l. ciuitatibus §. fi. & quod
33 ibi not. ſupra de leg. 1. * Reſponde vl-
tra ea que dicunt Doct. ibi rationem huius dif
ferentie eſſe, quia ſi onus coditionis in compu-
tatione in ratione l. Falcid. faceret quod tanto
minus eſſet in legato operaretur plus quam ſi
onus illius conditionis computaretur inter illa
onera, que ſint diſpoſitiue iniuncta legatario fa

facerer enim, quod tanto minus cenſeretur eſ-
ſe in legato, quod non faciunt alia onera diſpo
ſitiue iniuncta legatario, quod eſſet valde ab-
ſurdum, quæ ratio ceſſat in illa computatione
que fit ad cognoſcendum in quantum poſſit
grauari ille legatarius, quoniam ex eo, quod
operatur, vt in d. computatione cenſeatur tan
to minus legatum reſultat idẽmet effectus qui
cauſaretur ſi illud onus conditionis eſſet diſpo
ſitiue in iunctum illimet legatario. Declaro ſi
eſſet diſpoſitiue iniunctam certe non poſſet gra
uari per alia onera ſeu fideicommiſſa niſi in eo
quod ſupereſſet ex d. legata re, deducto iſto
onere; hic effectus etiam reſultat dum fit, quod
cenſeatur tanto minus eſſe legatum pretextu
eius, quod ex conditione dandum ſit heredi
vel alteri. Hoc enim ſolum pertinet ad eundẽ
effectum videlicet, vt non poſſit grauari niſi in
eo, quod ſupereſt in re legata, deducto illo, ꝙ
eſt dandum ex cauſa conditionis. Et aduerte
quia non procederet illa ratio differentie quã
aſſignant Bartolus & alii poſt gl. ibi in d. l. nõ
amplius videlicet, quod ideo in computatione
in ratione l. Falcidie non facit quod tanto mi-
nus dicatur eſſe in legato; quia hoc eſt ad com
modum ipſius legatarii non autem ad aliorũ
ſed ſi non faceret, quod tanto minus diceretur
eſſe in legato in computatione, quæ fit ad co-
gnoſcendum in quantum poſſit grauari eſſet
ad incommodum ipſius legatarii cui eſt iniun-
ctum onus conditionis, quia licet iſta ratio poſ
ſit adaptari ad caſum quando conditio eſſet de
dãdo heredi à quo legatum relictum fuit, quia
hoc caſu eſt ad commodum legatarii, vt non
imputetur ipſo iure in quartam, & non faciat
quod tanto minus dicatur eſſe in legato vt. j.
declarabitur, tamen non poteſt procedere in
conditione de dando alteriq; heredi, nã cũ per
iſtud non poſſit imputari ne dum ope excecee
tionis in quartam Falcidiam ad commodum l-
gatarii cum illud non accipiat heres vtique eſ-
ſet vtile ipſi legatario, quod propter id cenſe-
reeur tanto minus eſſe in legato & ipſo iure im
putaretur in quartam & tamen vtroque caſu ſi
ue dandum ſit heredi ſiue alteri in ea computa
tione que fit ad cognoſcẽdum in quantum poſ
ſit grauari legatarius id quod datum eſt ab eo
cauſa conditionis implende facit, quod tanto
minus eſſet in legato. Contra predictam con-
cluſionem ſeu regulam obſtat vna difficultas
de eo, quod dicit tex. in l. id autem ii reſponſo
ſ. eo. dum dicit heredem pro ſua parte imputa
re in quartam peculiares nummos quos ex cau
ſa conditionis ſtatulibet iuſſus eſt dare heredi,
de quo textu oppoſuit gl. in verb. & conditio
nis Bart. & alii in 5. opp. & licet doctores ex
mente illius tex. dicant rationem eſſe quia pro
dicta parte heres non intelligitur accipere
d. nummos ex mortis cauſa capione ſed iure he
reditario: tamen iſta Sol. non videt̃ vera quia
clarum eſt, quod teſtantis intentio fuit vt he-
res acciperet d. nummos ex cauſa conditionis,
& ex mortis cauſa capione, attento, quod hac
ratione quia non poſſet illos accipere ex mor-
tis cauſa capione niſi peculium intelligatur le-
gatum illi ſtatulibero in neceſſariam conſequẽ
tiam intelligit̃ legatum l. denique. §. interdũ
j. de pec. leg. & alius declaratum fuit in l. cen
turio in vlt. q. tertie principalis. Vnde vdiet̃ in
ferri, quod heres nõ cenſeatur accipere d. num
mos iure hereditario. Pro reſolutione aduer-
34 tendum eſt * quod re vera peculium intel
ligitur legatum illi ſtatu libero & heres cenſe-
retur accipere illos nummos, ex cauſa conditio
nis quemadmodum dicitur accipere iure lega-
ti, vel fideicommiſſi rem legatam legatario in
caſu quo legatarius eſt grauatus illam heredi
reſtituere l. ſi à me. ſ. eo. tamen iuris interpreta-
tione intelligeret̃ accipere non mortis cauſa ca
pione ſed iure hereditario ex eo quia licet pe-
culium legatum ſit ſtatulibero, quia tamen ſta
tim & eodem momento, quo cedit dies lega-
ti illius peculii legatarius tenetur dare peculia
res nummos heredi, hinc fit quod nummi non
intelligantur deducti ex hereditate ſed quod
illa remanſerit ſaltem pro illa parte hereditа-
ria pro qua ille heres cui dandi ſunt fuit inſtitu
tus & propterea pro d. parte peculium non in
telligeret̃ eſſe legatum ſed accipi iure heredita
rio pro vt contingit in legato quod ex aliqua
cauſa remanſit apud heredem, & hoc eſt quod
preſupponit tex. ille dum dicit, quod pro illa
parte non ex mortis cauſa capione, ſed heredi-
tario iure illos nummos habere intelligeret̃.
Nam dum dicit intelligeret̃ preſupponit re ve
ra habere cauſa conditionis & nummos eſſe in
legato ſed quod iuris fictione ſeu interpretatio
ne dicatur habere iure hereditario tanquã pro
d. parte non cenſeantur nummi legati, quod
etiam manifeſte apparet ex eo, quod addit tex.
de legato, quod apud heredem permanſit ea
ratione quia legatarii illud non capiunt. Ex
quo infero primo, quod vbi legatarius pure
grauatus eſſet reſtituere heredi rem legatam,
vel partem ipſius rei quod heres diceretur ha-
bere eam partem iure hereditario non autem
iure legati, quia pro d. parte res ipſa non intel-
ligeretur legata, ita colligit̃ ex predictis, & vl-
tra perdita iſtud preſupponit tex. in d. l. ſi à me
ſ. eo. Nam dum dicere ibi, quod heres dicatur
habere vti fideicommiſſarius quando legata-
rius grauatus eſt poſt aliquod tempus reſtitue
re rem legatam ipſi heredi, à contrario ſenſu
preſupponit, ꝙ ſi ſtatim grauatus eſſet reſtitue-
re heres acciperet non vti fideicommiſſarius
ſed iure hereditario veluti heres, hinc eſt quod
in iſto caſu legatum factum ipſi legatario pro
d. parte quam ſtatim iuſſiſſet reſtituere ipſi met

heredi cenſeretur inualidum, vt concludunt Bart. & alii Doct. in l. cum filiofamilias. ſ. de leg. p. per tex. in l. qui ſic. ff. de ſol. & in l. ſi creditori in fi. cum l. ſeq. ſ. de leg. p. ſecundo infertur limitatio ad id quod dicitur in tex. noſtro ad fi. & in l. aduetérani. ſ. eo, vide licet q respectu eius, quod accipit heres cauſa conditionsis à legatario non fit quod in computatione in ratione Falcidie tanto minus intelligatur legatum, vt iſtud non procedat quando ex cauſa conditionis accipitur per ipſum grauatum pars rei que fuit legata quia tunc pro d. parte res non cēſeretur legata, neque habere per heredem iure conditionis, ſed iure hereditario. Ita colligitur ex predictis & ex tex. in d. l. id autem prout etiam videtur caſus in l. ſi fundus legatus ad fi. ſ. eo. dum vult legatum cenſeri inutile quando legantur quinquaginta Titio ſub conditione ſi quinquaginta dederit heredi ſimiliter dico, quod vbi legataritis pure grauatus eſſet reſtituere partem re quæ ſibi legata eſſet illi heredi à quo fuit legatum, quod tunc in legato quo ad imputationem in ratione Falcidie diceretur ſolum eſſe illud, quod ſupereſſet deducta quarta quæ reſtituenda foret heredi quanuis aliud eſſe vbi poſt tempus grauatus eſſet reſtituere d. l. ſi à me. Tertio infero ſaluari poſſe illud, quod preſupponit gl. in verbo conditionis dum dicit d. Regulam, quod non imputetur in quartam in computatione in ratione Falcidie id quod accipit heres à legatario cauſa conditionis limitari in caſu d. l. id autem 2. reſp. Nam in hoc videtur preſupponere quod in caſu d. l. id autem heres dicatur habere ex conditione. Quod prima facie videtur contra illum tex. nam ſaluatur preſuppoſitū gl. attento quod in veritate accipit ex conditione & ſolum ex iuris interpretatione ſeu fictione dicitur accipere iure hereditario.

QVINTA & vltima eſt concluſio ſiue
35 regula * in hanc quartam in computatione in ratione l. Falcid. imputari id omne quod heres accipit iure hereditario, quam expreſſe ponit tex. noſter hic & in l. quod autem & l. ſeq. & l. ex aſſe. & l. in ratione in princ. ſ. eo. Circa quam regulam ſunt alique dubitatiōes. Prima eſt que dicantur accipi iure hereditario per heredem in caſu quando grauatus eſt ſolū per legata particularia, & ius vniuerſale hereditatis reſidet apud eum, in quo caſu procedit d. regulæ. Ad iſtud reſpondetur quod primo dicitur accipi iure hereditario illud quod eſt in portione hereditaria illius grauati, quod nō fuit cōprehēſum in legatis, ſed fuit in ipſa hereditate reſeruatum. Et dicitur accipi iure hereditario ex eo quia accipitur eo iure quo ipſa hereditas, quia acquiritur in conſequentiam ipſius hereditatis. hereditas enim vbi eſt acquiſita heredi, tranfertur in eum omne id quod eſt ipſius hereditatis l. p. §. Sceuola. ff. ſi quis teſt. lib. eſſ. iuſſ. l. legatum. ſ. de leg. p. ſ2. dicitur accipi iure hereditario illud quod fuit ex hereditaria portione, illius grauati alteri legatum quod tamē deſiit eſſe in legato ex quo legatarii illud non capiant, ex quacunque cauſa id non accipiant, vel quia fit effectum caducum, vel quia legatum repudiant, vt eſt Caſus in d. l. id autem ad fi. & in d. l. ex aſſe & in d. l. in ratione in princ. Ratio eſt quia vt dicit tex. in l. id autem ad fi. Non videtur quicquam intereſſe vtrum ſtatim ab initio legatum non ſit an quod legatum eſt apud heredē nō remanſerit. Cuius rationis ſenſus eſt, quod ex quo quoties legatum ſit caducum vel legatarius illud repudiat permaneat in hereditate, & querit heredi vna cum hereditate quia perinde eſt ac ſi legatum non eſſet l. ſi tibi hō. §. cum ſeruus l. legatarius §. 1. ſ. de leg. p. l. quedam. ſ. de reb. dub. l. p. §. ſin autem ſub conditione. C. de cad. toll. propterea dicitur accipi per heredem iure hereditario. l. eo iure quo acquirit hereditas pro vt ſi à principio illud legatū non eſſet. Tertio dicitur accipi iure hereditario illud, quod legatum fuit in veritate ex hereditaria portione illius grauati, tamen ſtatim ab initio intelligitur nō eſſe legatum, & iſtud contingit quando legatū eſt nullum vel quando fingitur non eſſe legatum ea ratione quia grauatus eſſet ſtatim reſtituere ipſi heredi rem legatam, vel eius partem vel in figura conditionis, vel fideicommiſſi ſeu legatum quia tunc id quod accipit heres ab ipſo legatario pro ſua hereditaria parte intelligitur non eſſe in legato; & diceretur accipi iure hereditario vt eſt caſus in d. l. id autem 2. reſp. & in d. l. ſi fundus legatus ad fin. & in d. l. ſi à me. ſ. eo. vt. ſ. dictum fuit in precedenti regula. Quarto dicitur accipi iure hereditario id omne quod fuit ipſi heredi legatū à ſemetipſo, vt ex ſua hereditaria portione; Nam ex quo legatum non valet l. qui filiabus. §. fi. & l. ſeq. & l. plane. §. ſi duobus l. legatum quia. §. 1. ſ. de leg. p. ſequitur, quod permanet in hereditate, & acquiretur heredi vna cum hereditate, & propterea acquiratur eodem iure hereditario quo acquiritur hereditas. Quinto dicitur accipi iure hereditario id omne, quod datum fuit heredi à teſtatore in vita eo propoſito, vt ſibi illud imputetur in Falcidiam. iux. l. cum quo. §. fi. ſ. eo. Nam licet in veritate accipiatur ex diſpoſitione inter viuos attamen dicitur accipi ex diſpoſitione vltime voluntatis, & eo iure quo accipitur hereditas, dum datur pro ſolutione Falcidie, quia intelligitur etiam in hereditate reſeruatum vt dictum fuit. ſ. in prima
36 regula Secunda eſt dubitatio * quando intelligatur legatū heredi à ſemetipſo, & ex ſua hereditaria portione, Quam dubitationem attingunt Bart. & alii in ſeptima opp. poſt gl. in

verſ. à

Verſiculum à coherede. Et circa hanc dubitationem conſiderant plures caſus primus ed, quando huic heredi granato nominatim à coherede legatur, & in caſu iſto conciudunt, quod ſi legata ſit pecunia, vel quantitas non heredita, quod tota pecunia, & quantitas intelligitur legata ex hereditaria portione illius coheredis, & quod tota dicetur accipi iure legati, non autem dicetur accipi pro aliqua parte iure hereditario veluti pro aliqua parte à ſemetipſo relicta, ex propria hereditaria portione. Idem etiam ſecundum eos dicendum foret, quando corpus non hereditarium eſſet nominatim à coherede legatum, & hæc prima concluſio non habet difficultatem. Secundo concludunt, quod ſi pecunia hereditaria, vel corpus hereditarium nominatim à coherede legatum foret huic heredi grauato, quod pars huius legati diceretur accipi ab ipſo grauato iure hereditario veluti ſibi à ſemetipſo relictum, ita Bartolus, & alii Doc. hic. Et quantum ad hoc, quod accipiatur iure hereditario verum eſt, quod dicunt Doct. dico tamen, quod non dicetur pro d. parte ſibi à ſemetipſo legatum, vt ipſi dicunt ſed pro d. parte non dicetur legatum aliquo modo, & res dicetur legata ſolum pro parte coheredis l. ſi fundum ſub conditione. §. ſi Libertus ſupra de legatis p. Alius caſus eſt, quando legatum fuit ſimpliciter huic heredi grauato non autem nominatim ab alio coherede, & in hoc caſu Doct. concludunt, quod in corpore hereditario ſeu pecunia hereditaria legatum intelligitur à coheredibus, & à ſemetipſo, & ſic ab omnibus, pro ſua hereditaria portione illius heredis grauati accipietur iure hereditario. Et hec concluſio non habet difficultatem, quoniam eſt caſus expreſſus in l. qui filiabus. §. finali, & l. ſequ. & l. legatum eſt. §. primo, ſupra de legatis primo

In pecunia autem non hereditaria ſeu in corpore non hereditario Doc. videntur concludere, quod totum accipiatur iure hereditario veluti legatum illimet heredi à ſemetipſo ex ſua hereditaria portione, moti per textum in l. cum pater in principio ſupra de legatis ſecundo in l. deducta. §. nummis, infra ad Trebellianum. Ego in hoc ab illis diſſen
37 tio, & dico * quod etiam in caſu iſto legatum pecuniæ ſeu corporis non hereditarii intelligetur relictum ab omnibus heredibus pro ſua hereditaria portione per textum in l. ſi pluribus ſupra de legatis ſecundo qui textus generaliter, & abſolute determinat legatum ſimpliciter relictum ab omnibus heredibus pro ſua hereditaria portione intelligi relictum, nec textus ille facit differentiam an relinquatur extraneo an vni ex heredibus, & per textum in d. l. qui filiabus. §. finali, quia loquitur in caſu, quo legatum ſit vni ex heredibus, & non diſtinguit inter legatum pecuniæ, & legatum alterius rei: & ſimiliter quia in caſu l. queſitum. §. duobus & l. legatum eſt. §. primo ſupra de leg. primo non diſtinguitur inter legatum corporis hereditarii ſiue non hereditarii, eo maxime quia ſi aliter diceremus videlicet, quod totum videatur relictum ſibi à ſemetipſo ex ſua hereditaria portione legatum eſſet nullum, & inualidum igitur &c. Reiicitur enim interpretatio per quam diſpoſitio irritatur, & amplectenda eſt illa per quam ſuſtinetur l. quoties. ff. de re. dub. & infra de verbo obl. l. quoties cum aliis concordantibus. Nec obſtat textus in d. l. cum pater in principio & in d. §. Nummis. Nam aduertendum eſt, quod textus ille loquitur in caſu quando illi heredi grauato fuit relictum in tempus reſtituendę hereditatis, fuerat enim dictum, quod deductis ſiue perceptis centum reſtitueret hereditatem, & in caſu iſto aduertendum eſt, quod intelligatur actum, vt illam pecuniam accipiat ex ſua hereditario portione ex qua fuit inſtitutus, & quam grauatur reſtituere. Ratio eſt quia vt infra declarabitur circa ſequentem tractatum imputationis in quartam, valet illud relictũ in vim legati quãuis intelligatẽ relictũ ex ſua hereditaria portione, & quia etiã attento, quod in relicto eſt res, que reperitur in hereditaria portione illius grauati ſeu que ſaltem poteſt ex rebus hereditarie portionis redigi ex facto grauati ſine opera, & facto illius fideicommiſſarii, verba vidẽtur denotare, quod ſolum obligetur reſtituere reſiduũ portionis hereditarie, quod ſupereſt deducto illo relicto, que rationes ceſſant in caſu noſtro in quo ſolum iſte heres eſt grauatus per legata particularia, nec eſt datum legatum in tempus reſtituende hereditatis quinimo relictum ex toto foret inualidum, vbi cenſeretur heredi datum à ſemetipſo ex ſua hereditaria portione vt dictum fuit. Predicta etiam procedunt, vbi huic heredi grauato per legata particularia tantum datum eſſet legatum pecunie aut alterius corporis non hereditarii per verba perceptionis quia dictum eſſet percipito tibi centum vel percipito talem fundum qui non eſſet hereitarius, intelligeretur enim relictum ab vtroquoque herede pro ſua hereditaria portione quia iura prelegata circa legatum factum vni ex heredibus non diſtingunt inter caſum, quando legatum ſit per perceptionem, vel ſub alio genere

legatorum, & quia ſemper illa ratione legatum ne cenſeatur ex toto inualidum cogit omnino ut intelligatur relictum ab omnibus pro ſua hereditaria portione, & eo maxime quia tex. in l. Titio teſtamento. §. 1. ſupra de leg. tertio vult quod licet dictum ſit, quod heres accipiat totum legatum à ſemetipſo, quod tamen eo non obſtante intelligatur relictum ab omnibns heredibus pro ſue hereditarie portione. Concludo igitur, quod in caſu quo vni ex heredibus, qui ſolum ſit grauatus per legata particularia aliquod legatum ſimpliciter, & non nominatum ab aliquo coherede, nulla eſt differentia inter relictum pecunie, & relictum corporis hereditarii, quia ſemper quo ad computationem in ratione l. Falcidie intelligetur relictum ab omnibus heredibus pro hereditariis portionibus, & ſolum pro ea parte pro qua iſte heres fuit inſtitutus intelligetur ſibi legatum à ſemetipſo ex ſua hereditaria portione, & ab eo accipi iure hereditario. Tertia eſt dubitatio an donatio cauſa mortis, vel donatio inter viuos confirmanda, tamen per mortem colata in iſtum heredem grauatum pro aliqua parte accipiatur iure hereditario, & ex hereditaria portione ipſius grauati. Circa hanc dubitationem ſunt opiniones. Tamen verior optimo eſt, quod etiam pro illa parte pro qua grauarus fuit inſtitutus dicatur accipere non iure hereditario ſed veluti donatarius iure donationis, & extra hereditatem non autem ex ſue hereditaria portione, vt latiſſime dictum fuit ſupra in
28 prima regula. Quarte eſt dubitatio * an iſta regula, quod imputetur in quartam in computatione in ratione l. Falcidie id quod accipit heres iures hereditario procedit quando quarta deduceretur ex teſtantis voluntate Bartolus, & alii communiter in ſexta oppoſitione poſt. gl. & din. in l. Neſennius in princip. .verſiculo à coherede ſupra eodem concludunt, quod non ſed tunc imputanda eſſet ſolum quarta pars eius, quod accipitur hereditario iure, non autem id totum quod accipit iure hereditario moti per textum in l. Titia ſupra eodem qui textus licet loquatur in quarta Trebellianica, & ſic in caſu quo heres eſſet grauatus reſtituere hereditatem, tamen ſecundum eos idem dicendum eſſet in quarta Falcidia, & ſic in caſu quando grauatus eſſet ſolum per legata particularia. Iſta opinio Doct. nullo modo poteſt procedere quoniam iudicio meo in caſu quo grauatus eſt ſolum per legata particularia totum illud, quod non eſt in legatis comprehenſum, & permanet apud heredem accipitur iure hereditario, & in computatione in ratione l. Falcidie ſibi imputet in quartam nulla habita diſtinctione, vtrum Falcidia deducatur ex voluntate ſeu contra voluntatem. Nam in computatione in ratione Falcidie deducitur tota quantitas partis hereditatis ex qua grauatus fuit inſtitutus l. in quantitate in princpium l. in ſingulis ſupra eo. & Inſt. eo. §. & cum queſitum eſſet & §. quantitas. Et cum nulla portio eius, quod accipitur, per ipſum grauatum hereditario iure imputari poſſit in d. computatione in legatis, & fideicommiſſis, quia in illis non eſt nec dici poteſt inclusum, neceſſario ſolum illud, quod accipitnr in re hereditario imputabitur in ipſam quartam. Nec obſtat textus in d. l. Titia quia in caſu illius textus vt. J. ditemus in ipſius declaratione idcirco imputabitur ſolum quarta pars eius, quod accipitur ex hereditaria portione illius grauati ad reſtitutionem hereditatis, quia non totum illud ſed ſolum quarta pars eius dicitur accipi iure hereditario, pro aliis vero tribus partibus pro quibus hereditas reſtituenda eſt fideicommiſſario accipitur quaſi iure legati vel fideicommiſſi, non autem iure hereditario, quia ſibi relictum in tempus reſtituende hereditatis, & ideo deciſio d. l. non poteſt pertinere ad caſum noſtrum in quo heres grauatus eſt ſolum per legata particularia quo caſu prelegatum ſibi factum pro tota hereditaria portione accipitur iure hereditario. Secundo quia deciſio d. l. Titia procedit in caſu, quando quarta fuit per ipſum teſtatorem deducta ex ipſo fideicommiſſo, & fidecommiſſum fuit per teſtatorem limitatum ad dodrantem partis hereditatis, ex qua grauatus fuit inſtitutus ita, quod retentio illius quarte non eſt ad diminutionem eius, quot teſtator vololt includere in fideicommiſſo, nec imputatio in quartam pertinet ad impediendum, ne per l. Falcidiam ſeu per Trebellianum diminuatur, id quod teſtator voluit in fideicommiſſo includere, ſed ſolum ad cognoſcendum quantum ſit in hereditate reſeruatum quæ venit diuidenda inter heredem, & fideicommiſſarium, vt dicetur in declaratione d. l. Titia, & propterea nulla ratione poteſt adaptari ad caſum quando heres grauatus ſolum eſſet per legata particularia, & in computatione in ratione l. Falcidie ageretur de imputatione in quartam ad impediendum, ne per l. Falcidiam diminuatur id, quod teſtator incluſit legatis particularibus: ſolum queri poteſt an in caſu quo heres vltra legata particularia grauatus eſſet retenta quarta reſtituere hereditatem quo caſu etiam pro tribus partibus hereditarie portionis prelegatum caperetur iure legati, & ſolum quarta caperetur iure hereditario, & quarta deducenda eſſet, ex legatis particularibus pro vt ex-

fideicommiſſo vniuerſali l. Marcellus. §. idem Pomponius infra ad Trebellianum . Solum illa quarta pars hereditariæ portionis, prelegate que ſola accipitur iure hereditario imputaretur in quartam quo ad ipſa legata particularia, & quomodo iſto caſu fieri debet imputatio, de quo latius infra dicētem circa d. l. Titia.

39 CIRCA ſecundum queſtionem principalem * qui ſit effectus huius imputationis in quartam in computatione in ratione l. Falcidie non eſt aliqua difficultas. Nā attento ꝙ imputandum in quartam deducitur in hac computatione ſub ratione patrimonii, quod defunctus reliquit tempore mortis ſue ſeu portionis hereditarie ex qua grauatur heres fuit inſtitutus l. in quantitate in princ. & l. in ſingulis ſupra eo. cum aliis concord. ſequitur hic primus effectus quod omne imputandum in quartam eſt & cenſetur eſſe de patrimonio defuncti & de hereditaria portione illius grauati quia nō deduceretur in preſenti computatione niſi cenſeretur de patrimonio defuncti & portione hereditaria illius grauati: hinc eſt quod non imputatur in hanc quartam id quod iure legati accipit heres ex portione coheredis vt hic dicitur in tex. & ĩ. declaratum fuit quia iſtud non eſt de portione hereditaria ipſius grauati ſed de portione coheredis, & ideo in iſta computatione computabitur ſub ratione portionis illius coheredis non autem ſub portione huius grauati, vt dictum fuit in tertia regula. Sequitur etiam alius effectus videlicet vt propter id quod imputandum venit in quartam augeatur quantitas patrimonii relicti à defuncto ſeu portionis hereditarię illius grauati dum cenſetur in d. patrimonio ſeu portione comprehenſum & vt eſt caſus in d. l. cum quo. §. fi. ſupra eo. ibi enim preſupponitur, quod imputandū eſt in quartam id quod teſtator in vita dederat heredi eo propoſito vt illud in quartam imputaretur, & patrimonium quod relinquit defunctus cenſetur continere non tantum id quod reuera in bonis ſuis reſeruauit in morte ſed illud quod etiam datum fuit heredi inuita adeo, ꝙ in neceſſariam conſequentiam augeretur dodrans legatorum & quarta que eſt heredi reſeruanda, nam gratia exempli preſupponamus centum fuiſſe data heredi à teſtatore in vita, vt imputentur in quartam, in hac computatione computatio fiet de quatuorcentum ac ſi iſta quantitas exiſtat in bonis defuncti tempore mortis ita vt dodrans quem poteſt per l. Falcidiam legare contineat tercentum & quarta quam per l. Falcidiam heredi ſeruare debuerat contineat centum, vbi ſi computatio fieret ſolum de quantitate quam reuera defunctus reliquit ſolum fieret de tercentum, & dodrans contineret deducentum viginti quinque, & quarta ſeptuagintaquinque que omnia preſupponit tex. in d. l. cum quo. §. fi. Preſupponit cuius ꝙ dū teſtator legat illa tercentū que ſibi in bonis conſeruauit, dicatur legaſſe dodrantem patrimonii tui. Sequitur alius effectus videlicet vt propter illud, quod ipſo iure imputatur in quartam in computatione in ratione l. Falcidie impediatur ne per l. Falcidiam diminuantur legata que teſtator reliquit: nam dum imputatur ſub ratione patrimonii & veluti non comprehenſum in legatis vtique imputabitur ſub ratione illius quarte d. patrimonii quam defunctus debet reſeruare heredi ad effectum, ne eius legata per l. Falcidiam dimiuuantur, & propterea operabitur, quod pro rata ipſius teſtator dicetur quartam reſeruaſſe heredi, & quod ceſſet ipſo iure diſpoſitio l. Falcidie d. l. in quantitate. §. fi. ĩ. eo. §. fi. Inſt. eo. cum aliis concord. Sequitur etiam alius effectus quia etiam heres poteſt & cogitur habere quartam in his rebus que ſibi ipſo iure imputantur in Falcidiam. Nam cum ſit, & cenſeantur de rebus hereditatis portionis illius grauati non comprhenſis in legatis, & faciant, quod pro concurrenti quantitate dictarum rerum ceſſat diſpoſitio l. Falcidie circa diminutionem legatorum ita vt ſolum poſſit habere locum in eo, quod computatis d. rebus deeſt ad ſupplendum quartam, propterea ſequitur, quod heres cogitur habere d. res in ſuam quartam quia ſolum habet actionem l. Falcidie, in eo quod deeſt ad ſupplendam quartam d. l. in quantitate. §. fi. & Inſt. eo. §. fi. Sequitur etiam, quod in eo quod eſt imputandum huic heredi grauato non poteſt ipſe heres grauari. Nam attento, quod ea ratione in quartam imputatur quaſi non ſit comprehenſum in legatis ſed in hereditate ipſi heredi reſeruatum ſequitur non poſſe imputari in quartam id in quo ipſe heres grauatur, quia illud dicetur in legatis comprehenſum, ad quod in ſimili facit, tex. in l. acceptis. j. eo. qui tamen loquitur in quartam quam debet habere heres grauatus per fideicommiſſum vniuerſale. Sequitur etiam alius effectus videlicet vt grauatus alicatur habere iure hereditario ſeu inſtitutionis, & veluti heres non autem vti legatarius aut ex mortis cauſa capione id, quod eſt in quartam imputandum in preſenti computatione. Nam ſi in quartam imputatur id ſolum quod accipitur iure hereditario, igitur &c. & ſi non imputatur in quartam id, quod eſt in legatis comprehenſum igitur ne id quod iure legati acciperet ipſe met grauatus, quia id omne foret in legatis comprehenſum de quo eſt caſus in l. ſi à me infra eodem, & dictum fuit ſupra in terza regula. Quod multo magis procedit in his que iure legati accipit ex

portione cohtredis, quia nulla ratione in quar
tã imputaretur vt. ĩ. dictum fuit. Ex predictis
40 omnibus infertur * quod iſta imputatio
in quartam in computatione in ratione l. Falci
die prodeſt omnibus legatariis pro rata, pro
vt prodeſt ad impediendum ne ab ipſis pro ſua
rata deducatur in Falc. id quod teſtator ſerua
uit heredi abſque vllo grauamine, vt Inſt. eo.
.§. fi. & d. l. in quantitate. §. fi. Infertur etiam
quod aliquando prodeſſet heredi grauato, ꝙ
ſibi in quartam ipſo iure imputaretur in pre-
ſenti computatione id quod accipit vel iure le
gati ſeu conditionis implendę cauſa, aliquan-
do podeſſet, quod non imputetur. Declaro po
namus in portione hereditaria grauati eſſe ſo-
lum trecenta & eundem grauatum accipere
alia centum iure legati, vel conditionis, ſi d. cen
tum imputarentur in quartam ipſo iure in cõ-
putatione Falcidie vtique computatio fieret
veluti ſi in portione hereditaria eſſent quatuor
cẽtum ita quod pro ſua quarta grauatus omni
no haberet centum & ſolum tercentum poſſent
legari & tamen quia non imputantur ipſo iure
in quartam computatio fit veluti ſi ſolum ter-
centum eſſent in portione hereditaria, adeo
quod pro quarta heres habet ſolum ſeptua-
ginta quinque, & veluti heres poteſt in do-
drante dictorum tercentum videlicet in du-
centum vigintiquinque grauari & vltra in il-
lis aliis centum quæ accipit iure legati vel mor
tis cauſa capione, quia in illis poteſt inſolidum
grauari veluti legatarius vel alius cõmodum
accipiens, quoniam in quibus heres grauatur
veluti legatarius non vti heres ceſſat omnino
l. Falcidia. l. 1. §. inde Neratius l. mulier. §. ſi. j.
ad Trebell. l. lex Falcidia. §. nonnunquam. ĩ.
eo. & in caſu iſto eidem heredi grauato prodeſ
ſet quod ipſo iure d. centum imputarentur in
quartam. Vbi vero retento eodem themate he
res eſſet grauatus ſolum vti heres, & in ſua por
tione hereditaria tantum, non autem vti lega-
tarius, neque in eo legato quod ſibi relinqui-
tur iſto caſu prodeſſet ſibi quod non imputen-
tur ſibi in quartam iſta centum que accipit iu-
re legati, vel conditiones cauſa. Nam ſi impu-
taretur, poſſet ex ſua hereditaria portione gra
uati veluti heres in tercentum, quia illa quan-
titas diceretur eſſe in dodrante hereditatis, &
ipſe haberet computato legato ſibi facto ſola
centum. Vbi vero non imputentur poſſet ſo-
lum grauari ex ſua hereditaria portione, & ve
luti heres in ducentum vigintiquinq; Ea enim
quantitas ſolum diceretur eſſe in dodrante por
tionis hereditarie & ipſe heres ex ſua heredita
ria portione pro ſua quarta haberet ſeptuagin
ta quinque in qua non potuit grauari & vltra
haberet illa centum que ſibi fuerunt relicta iu-
re legati in quibus non cenſeretur grauatus
dum grauatur ſolum vti heres & in ſua heredi
taria portione & propterea in caſu iſto inqui-
rendum eſſet an heres cenſeri debeat grauatus
vti heres & in ſua hereditaria portione an ve-
ro etiam vti legatarius in his quæ accipit iure
legati, quod ad preſens non diſcurio.

EXPEDITIS his que pertinent ad pri-
mam ſpeciem imputationis in Falcidiam que
fit ipſo iure in computatione Falcidie, tranſi-
tum faciamus ad ſecundam ſpeciem imputatio
nis que non fit in computatione in ratione Fal
cidie, ſed ope exceptionis, vel compenſationis
ad repellendum grauatum à beneficio l. Falci-
die quod ipſo iure competit. Et circa iſtam ſpe
ciem habemus duas comunes concluſiones ſeu
regulas que ſunt vere & indubitate. Prima eſt
41 * quod ad commodum eorum à quibus he
res grauatus accipit ope exceptionis & replica
tionis imputatur ſeu compeſatur in quartam
Falcidie id, quod accipit iure legati ſeu fideicõ
miſſi aut conditionis implende cauſa. Pro qua
regula eſt caſus in l. Neſennius in princ. &c. §.
1. ĩ. eo. in l. filio. ĩ. eo. in l. heredi ĩ. de his qui-
bus ut ind. Ratio huius concluſionis eſt euidẽs
quia regulariter id quod relinquitur cenſetur
relictum eo animo, vt imputetur & compenſe
tur cum debito neceſſario. Auc. preterea, & ꝙ
ibi not. C. vnd. vir. & vx. Igitur cum relinqui
tur heredi grauato videri debet relictum eo
animo vt imputetur ſeu compenſetur cum illa
rata Falcidie que illi poſſit deberi ab eo à quo
accipit ex quo Falcidia eſt debitum neceſſariũ
l. 1. §. 1. l. quod de bonis. §. fi. ĩ. eo. & ea preſu-
mitur intentio teſtantis, vt legatarius non obli
getur ad vtrunque videlicet & ad onus Falci-
die pro rata ſua, & ad onus fideicommiſſis ſibi
iuncti cum regulariter diminuatur onus iniun
ctũ legatario quatenus ab eo Falcidie nomine
fuerit detractũ l. penales. §. ff. Titio. ĩ. eo. l. plau
tius. titulo. 1. ĩ. p. ita vt illud quod ab ipſo lega
pro Falcidia detrahitur compenſetur pro co-
currenti quantitate cum eo quod ex cauſa fi-
deicommiſſi preſtare tenetur vt dicitur in d. §.
ſi Titio & in d. l. plautius. Et iſtud multo ma-
gis precedit quando ab ipſo legatario preſtan
dum eſt fideicommiſſum heredi grauato l. Li-
berto. §. filium ĩ. de an. leg. Effectus huius con-
42 cluſionis eſt * non quod heres ipſo iure
repellatur à beneficio Falcidie propter illud,
quod ſibi aliquo iure à legatario relinquitur
quia poteſt ſi vult omittere illud ꝙ ſibi fuit re
lictum à legatario, & vti benefitio Falcidie.
Sed vbi acceptauerit id quod ſibi fuit relictum
à legatario & illud conſequi deſiderat repella-
tur ope exceptionis ſeu replicatiõis dum vult
aduerſus eundem legatarium vti benefitio Fal
cidie pro cocurrenti quantitate eius quod acce
pit vt eſt caſus in l. filio ad fin. j. eo. in l. Neſen-
nius. §. 1. ĩ. eo. in his verbis. Ab eodem aliquid
ex teſtamento petit. Nam à contrario ſenſu ver

ba denotant, quod ſi heres non deſideraret con
ſequi id quod ſibi fuerit relictum à legatario
eſſet audiendus ſi vellet vti beneficio l. Falcid.
adeo quod vbi legatarius poſſideret rem lega
tam & ratione Falcidie conueniretur ab ipſo
herede onditione indebiti vel interdicto. Quo
rum legatorum iſte legatarius ope exceptio-
nis repellit eundem pro concurrenti quantita
te eius quod ipſe heres ab ipſo legatario petit
vel conſecutus fuit ex teſtatoris voluntate,
& vbi legatarius non poſſideret rem legatam
ſed heres poſſideat legatarius pro re legata a-
geret contra ipſum heredem, & heres excipe-
ret de Falcidia, contra exceptionem heredis le-
gatarius replicaret illum non eſſe audiendum
dum vult vti beneficio Falcidie propter id, ꝙ
ex voluntate teſtantis dicto heredi legatarius
preſtitit, & iſta exceptio ſeu replicatio legata-
rii contra heredem procedit ea ratione quia po
teſt petere legatarius, quod iſtud heredi pre-
ſtandum ſit compenſandum cum illo quo pro
Falcidia debetur ab eo heredi grauato ita vt
medio d. compenſationis d. Falcidia intelliga
per eũ ſoluta, vt p̃ſupponit tex. in l. filius quẽ
habentẽ. C. fam. her. in his verbis compenſato
preterea, quod à quod heredibus vice mutua
percepit & ibi deducto à ceteris quod in eo fun
do ſoluitur vt late diximus circa declaratione
d. l. Quod etiam preſupponit tex. in l. heredi
ad fi. ſ. de his quibus vt ind. in his verbis, quod
Falcidiam equitate compenſationis recuſet.
Preſupponit etiam tex. in d. l. Neſennius. §. 1.
verſ. plane Bart. & alii omnes hic in quarta
opp. Et iſta concluſio non tantum procedit in
caſu quando heres grauatus aliquid accipit à
coherede legatario quo caſu loquitur tex. in
d. l. Neſennius & in d. l. filio cum aliis cõcord.
Sed etiam quãdo accipit ab alio legatario qui
non eſſet coheres, vt omnes Doct. hic fatentur.
Nam rationes predicte multo magis proce-
dunt in legatario qui non eſſet coheres: & etiã
quia licet tex. in d. l. Neſennius ponat caſum
in illo legatario qui ſit coheres tamen in deci-
ſione ſua vtitur verbis generalibus qui conue-
niunt etiam ſimplici legatario. Aliqui tamẽ te
nuerunt oppoſitum per tex. in l. ſi à me. ſ. eo. &
tex. noſtrum hic dum ſimpliciter determinat
non imputari in quartam Falcidie quod heres
recipit iure legati, qui tamen tex. nihil facit
quoniam non loquitur de iſta ſpecie imputa-
tionis que ſit per compenſationem medio ex-
ceptionis ſeu replicationis ſed de illa que ſit ip
ſo iure in computatione in ratione Falcidie, vt
dictum fuit in preced. Iuxta tamen predictam
concluſionem ſunt alique dubitationes Prima
43 eſt * an procedat etiam in corpore here
ditario, vt pro illa parte que per grauatum he
redem accipitur à coherede legatario debeat
ad eius commodum ope exceptionis ſeu repli
cationis in quartam imputari. Vera eſt comu-
nis opinio, quod ſic quam firmat Bart. hic in
ſua diſtinctione & in l. filium C. fam. her. &
plures alii quos refert hic Rip. nu. 40. & pro iſta
opiniõe eſt caſus in d. l. Neſennius dum loqui-
tur generaliter & in d. l. filiũ & in d. l. heredis
ſ. de his qui vt ind. vbi loquitur expreſſe in cor
pore hereditario prelegato. Plures tamen am-
plectunt contrariam opinionẽ videlicet Ang.
in l. film. & Corn. in l. deducta. §. nſimis ad Tre.
Math. in d. l. filiũ ſuper verbo hereditaria parte
hic col. vigeſima & Mod. Peruſini moti per
quedam que nihil penitus faciunt. Nam addu-
cunt tex. iſtum in verſ. pro ea vero parte & in
d. §. nummis verſ. diuerſa qui loquuntur non
de iſta ſpecie imputatiõis que ſit per modum cu
iuſdam compenſationis ope exceptionis ſeu re
plicationis, ſed de alia priori que ſit ipſo iure
in quartam in computatione in ratione Falci-
die vt. ſ. declaratum fuit. Adducũt etiam quia
iſtud corpus hereditarium capitur difformiter
nã pro parte ſua capitur iure hereditario pro
portione coheredum capitur iure legati.
Sed iſta deſtinctio Doct. inter illud quod acci-
pitur vniformiter & illud quod accipitur dif-
formiter non eſt vera, vt declarabitur. j. in ſeq.
tractatu Imputatiõis in quartã Trebellianicã,
Et dato etiam quod procederet in caſu quan-
do ageretur de vnica tãtum ſpecie imputatiõis
que ſit ipſo iure in computatione in ratione
Falcidie quo caſu Doct. conſtituunt predictã
diſtinctionem: attamen non poſſet procedere
in caſu quando ageretur de duplici ſpecie im-
putationis prout in caſu iſto. Nam quo ad par
tem corporis hereditarii que accipitur iure he
reditario agitur de illa ſpecie imputatiõis que
ſit ipſo iure in computatione Falcidie, vt ſupra
dictum fuit. quo vero ad aliam partem que ac-
cipitur à coherede iure legati agitur alia ſpecie
imputatiõis videlicet, de illa que ſit per modũ
compenſationis ope exceptionis ſeu replicatio
nis ita quod in caſu iſto non poteſt contingere
quod eadem res deducatur diuerſo iure in ea-
dẽ ſpecie imputatiõis. Adducũt etiã tex. in d.
l. filium verſ. fin. ponderando illa verba, dedu
cto, quod à ceteris in eo fundo ſoluitur. Sed vt
dictum fuit in declaratiõe d. l. tex. ille in d. ver
bis preſupponit comunem opinionem, videli-
cet, quod imputetur per viam compenſationis
ad commodum eius à quo accipitur, non autẽ
quod non imputetur vt arbitrantur tenentes
contrariam opinionem. Alia eſt dubitatio
44 * an predicta concluſio ſiue regula proce-
dat non tantũ in his que accipit heres graua-
tus iure legati ſiue fideic. verumetiam in his
que accipit ex cauſa conditionis. Comunis &
vera opinio eſt quod etiam in iſtis procedat, vt
ſic ad commodum eius à quo heres accipit per
modum compenſationis ope exceptionis, ſeu

replicationis imputetur in Falcidiam, id quod accipitur cauſa conditionis, vt per Barto. & alios hic in decima oppoſitione. Et pro iſta opinione vltra adducta per Doct. iudicio meo eſt caſus in d.l. Neſennius dum generaliter & abſolute determinat non eſſe audiendū ipſum heredē grauatum circa beneficium l. Falcidie vbi petit aliquid ex teſtamento ab eodem legatario & vbi id quod recepturus eſt à legatario ex voluntate defuncti ſuppleat id ꝙ ab ipſo deducere deſiderat. Iſta enim deciſio continet id quod accipit heres à legatario cauſa cōditionis ex quo illud etiam dicitur accipi, ex teſtamēto, & ex voluntate defuncti vt affirmat Alex. poſt plures alios quos refert in l. ita tamen. §. qui ſuſpectam col. 1. j. ad Treb. & probatur ratione quia is qui accipit ex cauſa conditionis poteſt grauari l. quidam teſto. §. ſi. ſ. de leg. p. gl. in l. ſi quid ſub conditione. ſ. ſi quis om. cauſa tex. igiť dicit capere ex teſtamēto et ex voluntate defuncti, quia non poteſt grauari niſi is qui capit aliquod commodum pecuniarium l. plane. le. 1. §. fi. ſ. de leg. 1. Et quod dicaťaccipi ex teſtamēto & ex volūtate defuncti id quod accipitur ex conditione preſuppoſuerunt Bart. & alii. ſ. in prima & terza oppoſitione dum dicunt deciſionē prime partis tex. noſtri que loquitur in quarta Falcidie non pertinere niſi ad ea que accipiꝰ heres ex teſtamēto, defuncti, & cum d. deciſio contineat id quod accipiť per heredē, cā cōdit, ſequiť quod preſuponunt accipi ex teſtamento id quod accipiť ex cauſa conditionis. Contrarium tamen tenuerunt Im. & Picc. hic col. 32. poſt gl. & Cin. & plures alios in l. pen. C. eo. moti per tex. noſtrum hic & in l. aduerſaui. ſ. eo. dum in eo deciditur haberi extra hereditatem id quod accipitur cauſa conditionis nec facere quod in cōputatione Falcidie tanto minus intelligatur eſſe legatum. Sed iſtud nihil facit quia pertinet quidem ad illam imputationem in quarta que fit ipſo iure in computatione in ratione Falcidie vt. ſ. declaratum fuit. Sed non ad iſtam que fit per modum cuiuſdam compenſationis ope exceptionis. Adducunt ſecondo tex. in l. ſi fundus legatus. ſ. eo. Sed ad illum tex. eſt clara ſolutio vltra ea que dicunt Doct. quod ex illa deciſione quam facit, videlicet, quod vbi legatus fundus fuit valoris C. ſub conditione ſi legatarius dederit heredi l. poteſt pati Falcidiam, nō ſequitur quin per modum compenſationis, & ope exceptionis ſeu replicationis illa l. que accipit heres imputentur in Falcidiam ex quo in caſu huius imputationis que fit per modum compenſationis Falcidia ipſa intelligitur & cēſetur ſoluta vt dicit tex. in d. l. filium in his verbis deducto quod à ceteris in eo fundo ſoluiť & in l. Neſennius verſ. plane. ſ. eo. & dicetur. j. in ſeq. cōcluſione ſeu regula, adeo quod propter hanc ſpeciem imputationis non fit quin legatum intelligatum pati Falcidiam. Accedit quia heres poteſt impedire hanc ſpeciem imputationis recuſando accipere, id quod fuiſſet ſibi relictum à legatario, vel in figura conditionis vel iure fideicōmiſſi, vt dictum fuit. ſ. Ideo non obſtante eo quod cauſa conditionis legatarius grauať legatū vere & actua licet pōt eſt pati Falci. caſu iſto quando heres recuſaſſet habere id quod ſibi dandum erat ſub c ōditione, & in caſu iſto vere & proprie verificantur verba d. l. ſi fundus legatus. In alio vero caſu, quādo heres acciperet id quod eſt in conditione & procederet iſta imputatio que fit per modum compenſationis verba illius tex. verificareńť ſolum improprie & ficte in quantum etiam in caſu iſto intelligeretur ſoluta & detracta Falcidia ex ipſo legato pro ſua rata. Aduertendum

45 tamen eſt ✱ circa illam diſtinctionem quā facit Bart. in decima oppoſitione, & ſequuntur alii comuniter dum dicit, quod vbi heres poſſidet legatum, & conuenitur à legatario nō cogatur imputare in quartam ad commodum legatarii ope exceptionis ſiue replicationis id, quod ſibi relictum fuit per conditiones, ſed vbi legatarius poſſidet & conuenitur ab herede interdicto quorum legatorum vel conditione indebiti occaſione Falcidie cogitur imputare ad commodum legatarii. Nam ſi loquimur in caſu quādo heres intendit omnino retinere vel conſequi id quod ſibi fuit relictum ex conditione ſemper cogitur illud imputare ſeu compenſare in ſuam quartam ope exceptionis ſeu replicationis etiam quod ipſe heres poſſideat rem legatam & conueniatur ab ibſo legatario vt eſt caſus in d. l. Neſennius. §. 1. Nam tex. in his verbis ſi is qui legatum preſtaturus eſt denotat, quod loquitur in caſu quando heres poſſidet rem legatam & illud legatum nondum preſtitit legatario, & in his verbis ab eodē aliſquid ex teſtamento petit denotat quod loquiť in caſu quādo heres intendit conſequi id quod ſibi fuit relictum à legatario & perſiſtit in eius petitione, & in caſu iſto determinat quod ad commodum ipſius legatarii illud, quod ex voluntate teſtantis ab ipſo legatario heres eſt percepturus imputabitur in quartam adeo quod diſtinctio Bart. & comunia ſolum poteſt procedere in caſu quando heres vult remittere illud, quod ſibi fuit relictum à legatario & quatenus illud, quod acceperit vult reſtituere, ex quo potius vult habere beneficium Falcid. pro rata ipſius legatarii, quia in caſu iſto ſi heres poſſidet rem legatam & conuenitur a legatario nullo modo poterit ſummoueri beneficio Falcidie nec cogitur accipere illud, quod ſibi fuit relictum à legatario & imputare in Falcidiam pro rata illius legatarii, ſed ſolum priuabitur commodo eius quod ſibi à legatario. fuit

relictum vt eſt caſus in l. filio ad ſi.j.eo. & in l.
quod autem.ſ.eo. & dictum fuit.ſ.& in his ter
minis iudicio meo Bartolus voluit intelli-
gere tex.ind. l. ſi fundus legatus, videlicet ꝙ
in caſu illius tex. heres poteſt vti beneficio l.
Falcidie & legatum poteſt pati Falcidiam vbi
heres nolit accipere id quod ex cauſa conditio
nis ſibi dandum erat à legatàrio, ſed vbi legata
rius poſſidet legatum & conueniatur ab here-
de occaſione Falcidie vel conditione indebiti
vel interdicto. Quorum legatorum tunc he-
res preciſe poteſt ſummoueri à beneficio Falci
die, & compellitur retinere id quod ſibi reli-
ctum fuit à legatario pro rata Falcidie ipſius le
gatarii. Et iſtud idem dicendum eſt generali-
ter in quibuſcunque que heredi grauato relin-
quuntur à legatario, quocunque iure fuerit re
lictum ſiue iure legati aut fideicommiſſi vel in
figura conditionis pro vt etiam iudicio meo
fuit de mente Barto. ex quibus habes colligè-
re quando ipſi legatario incipiat competere,
iſta exceptio ſiue replicatio ad cogendum ip-
ſum heredem ad compenſandum cum rata Fal
cidie que ab ipſo legatio foret detrahenda id
quod ipſi heredi ab eodem legatario eſt preſtā
dum ex teſtantis voluntate. Nam apparet, ꝙ
ſolum acquiritur poſtquam heres omnino in-
tendit conſequi id quod à legatario ſibi reli-
ctum fuit vel poſtquam legatarius cepit poſſi
46 dere rem legatam. Tertia eſt dubitatio * de
his que relinquuntur heredi à legatario poſt
tempus vel in euentum cōditionis an antequā
adueniat tempus vel conditio cogi poſſet im-
putare vel compenſare cum illa rata Falcidie
que ab ipſo legatario eſſet detrahenda. Poll.
in d. l. filium tenuit, quod non oppoſitum te-
nuit Rui. hic in tertia opp. Ego dico aduerten
dum, quod iſta dubitatio nullo modo poteſt
procedere in illa imputatione in quartam que
fit ipſo iure in computatione in ratione Falci-
die dupplici ratione. Prima quia in computa
tione in ratione Falcidie quando heres graua-
tus eſt ſolum per legata ſiue fideicommiſſa
particularia nunquam ipſo iure imputatur
in Falcidiam id quod heres acpit à legata-
rio ſiue iure legati vel fideicommiſſi, vel ex
cauſa conditionis, vt. ſ. dictum fuit. 3. quia ad
hoc vt in computatione in ratione Falcidie ali
quid imputetur heredi in quartam requiritur
quod datum ſit tempore quo ſuſcipitur ratio
Falcidie vt preſupponit tex. in l. ratione.§.ta-
merſi.ſ.eo.dum enim dubitat in his que in figu
ra conditionis data ſunt heredi ante rationem
Falcidie preſupponit, quod dubitatio eſſe non
poſſit de his que danda ſunt poſt rationem l.
Falcidie. Solum igitur poteſt procedere iſta
dubitatio circa iſtam imputationem que fit o-
pe exceptionis ſiue replicationis per modum
compenſationis cum illa rata Falcidie quæ ab
ipſo legatario eſſet de trahēda, & quo ad iſtud
dico clarum eſſe, quod iſtud relictū nullo mo-
do poterit impedire quominus ante euentum
conditionis ſeu temporis heres deducat Falci-
diam pro rata ipſius legatarii, ex quo ante euē
tum conditionis ſeu temporis appoſiti relicto
facto heredi non potuit legatario competere
exceptio ſeu replicatio contrà heredem ad co-
gendum compenſare tale relictum cum ſua ra
ta Falcidie, & quia non debet cogi heres expe-
ctare pro ſua Falcidia illud relictum cuius con
ditio vel tempus nondum aduenit. Attamen
vbi dies vel conditio ipſius relicti aduenerit le
gatarius tanto minus preſtabit ex d. relicto he
redi quantum eſt, illud quod pro Falcidià he-
res detraxit ab ipſo legatario, de quo eſt caſus
in l. Liberto. §. filium.ſ. de ann. leg. Nam in
caſu illius tex. filius teſtatoris inſtitutus ex do-
drante grauatus fuit, vt reſtitueret heredita-
tem nouerce que fuerat inſtituta ex quadrante
& illa nouerca fuerat grauata reſtituere dimi-
diam hereditatis eidem filio cum impleuiſſet
etatem 25.annorum, & circa huiuſmodi caſum
duo deciduntúr in tex. primū, quod ipſi filius
reſtituēdo hereditatem nouerce deducit quar-
tā & in hoc preſupponit quod pretextu. fidei-
commiſſi relicti ſibi à nouerca fideicommiſſa-
ria poſt illud tempus nullo modo poteſt ſum-
moueri quo minus vtatur beneficio Falcidie
aduerſus d. fideicommiſſarium. Secundo de-
terminat, quod vbi filius impleuiſſet 25. annū
illa nouerca ex fideicommiſſo dimidie heredi-
tatis ſibi iniuncto tantum preſtabit ipſi filio
quantum computato eo quod filius Falcidie
ratione ab ipſa detraxit faceret ſemiſſem here-
ditatis, & in hac deciſione aperte preſupponit
quod legatarius ſiue fideicommiſſarius in ſolu
tione eius, quod grauatus fuit dare heredi com
putabit id quod heres nomine Falcidie ab ipſo
detraxit & ratio eſt quia vt.ſ.dictum fuit intē-
tio teſtantis preſumitur eſſe vt in tantum mi-
nuatur onus iniunctum legatariis inquantum
per Falcidiam minuitur eius legatum l. pena-
les,§.ſi filios.ſ.eo.l. plautius.ſ.de cond.& dem.
adeo quod deductio Falcid. pro rata eius lega
tarii ſolum proderit heredi in fructibus quos
ante euentum conditionis vel tempus relicti ſi
bi preſtandi à legatario perciperet ex illa par-
te rei legate quam nomine Falcidie detraxit
ex ipſo legato quoniam vt dictum eſt. j. illud
quod detraxit nomine Falcidie poſt euentum
conditionis ſeu diei imputabitur in relicto ſi-
bi preſtando à legatario.

SECVNDA concluſio ſiue regula eſt
47 * quod in commodum aliorum à quibus
heres non accipit non cogit̃ imputare in quar-
tam nedum per viam exceptionis ſeu replica-
tionis id quod accipit iure legati vel fidei, vel
cōditionis implendæ cauſa. Hanc concluſionē

ſiue regulam expreſſe preſupponit tex. noſter
in verſic. fin. & tex. in d. l. Neſennius. §. 1. Ra-
tio huius concluſionis eſt euidens. Nam cum
iſta imputatio fiat per modum compenſatio-
nis omne illud, quod accipit heres tenetur com
penſare cum rata Falcidie quam poteſt detra-
here, vt dictum fuit. ſ. & aperte preſupponit
tex. in d. l. filium. C. fam. her. in his verbis com
penſatio preterea &c. in d. l. heredi. ad fi. ſupra
de his quibus vt ind. & compenſatio non intel
ligit fieri niſi cum debito eius qui ſoluit, vel
nomine cuius fit Solutio non autem cum debi
to alterius iot. tit. de comp. idcirco iſta impu-
tatio per modum compenſationis non poteſt
pertinere niſi ad illam partem Falcidie que de-
betur ab illo legatario à quo heres accipit. Ac
cedit quia & ſi teſtator cẽſetur reliquiſſe iſtud
relictum heredi eo animo vt ſibi imputetur in
debitum neceſſarium Falcidie ſibi debite, atta-
men intelligit voluiſſe, vt imputetur in debi-
tum ad quod tenetur is qui grauatus eſt preſta
re illud relictum pro vt in his terminis loqui-
tur tex. in d. Aucten. preterea. C. vnde vir &
vxor. Nam ibi fit imputatio ad commodum
heredis à quo legatum preſtandum eſt vxori.
Eſt etiam alia ratio quia ſicut quando heres re
pudiat id quod ſibi fuit relictum à legatario &
vult vti beneficio Falcidie contra legatarium
d. repudiatio que prodeſt illi legatario vt apud
eum remaneat relictum l. 1. §. pro ſecundo &
§. ſub cond. C. de cad. toll. nocet eidem lega
tario in alio videlicet, quod non poſit ſummo
uere ipſum heredem quominus aduerſus eum
vtatur beneficio Falcidie vt. ſ. dictum fuit, ita
etiam in caſu contrario quando heres acceptat
illud relictum agnitio heredis que nocet ſolũ
illi legatario in eo vt teneatur preſtare illud re
lictum heredi eadem ratione debet prodeſſe ſo
lum illi legatario in eo, vt compenſetur cum il
lo quod ab ipſo pro ſua Falcidia eſſet detrahen
dum, & ſic ad ſummouendum heredem ne ab
ipſo detraher Falc. argumento l. ſecundũ nam
ff. de reg. iur. & quia idem debet operari oppo
ſitum in oppoſito quod propoſitum in propoſi
to l. finali. §. 1. ſ. de leg. 3, ẽt ſi id quod detrahe
ret heres ab ipſo legatario nomine Falcidie ve
nit compenſandum cum illo quod ab eodem
legatario nomine Falcidie poteſt detrahere.
48 Preterea * ſi id quod vnus legatarius
grauatur preſtare heredi eſſet imputandum &
compẽſandum vna cum rata Falcidie que poſ
ſet ab aliis legatariis detrahi iſtud cederet in
preiudicium ipſius legatarii à quo heres acci-
pit quia tanto minus imputare poſſet in Falci
diam que ab ipſo legatario debetur, quod eſ-
ſet abſurdum igitur &c. Declaro poſito gratia
exempli, quod teſtator habens 400. in bonis le
gauerit d. 400 quatuor legatariis cẽtum videli
cet ſingulis ipſorũ & grauaſſet vnũ & ipſis le
gatarii s dare 25. heredi inſtituto, vel per lega
rum, vel per conditionem quia conſtat, quod
heres poteſt detrahere 25. à ſingulis legatariis
pro Falcidia ſingulorum, ſi d. 25. que preſtat
vnus legatarius heredi imputentur & com-
penſentur ſolum cum ſua rata Falcidie vtique
ipſe nihil amplius per ſua Falcidia preſtabit he
redi, vbi vero d. 25. imputarentur pro Falci-
dia vniuerſorum, ad commodum illius, qui
preſtitit imputaretur ſolum pro quarta parte,
& pro aliis tribus partibus ad cõmodum alio-
rum adeo, quod iſte legatarius vltra predicta.
25. preſtaret etiam alia xix. pro Falcidia & ſic
eidem noceret, quod imputatio fieret ad com-
modum vniuerſorum ex quo etiam habes ad-
uertere, quod ſi id quod accipit heres ab ali-
quo legatario iure legati, vel conditionis im-
putaretur ipſo iure in quartam Falcidie iſtud
noceret eidem legatario à quo heres accipit,
quia illa imputatio procedit ad commodum
vniuerſorum legatariorum pro ſua rata, vt. ſ.
dictum fuit, vnde vtilius eſt eidem legatario,
quod non ipſo iure ſed ope exceptionis per
modum compenſationis imputentur in eam
partem Falcidie que ab ipſo debetur, quia iſta
imputatio pertinet ſolum ad eius commodum
quid etiam preſuppoſuerunt gl. Bart. & alii in
l. non amplius in princ. & l. ciuitatibus. §. fi. ſ.
de leg. primo, dum aſſignant rationem differen
tie quare id quod dat legatarius heredi cã con
ditionis non imputatur in ratione Falcidie, vt
faciat quod tanto minus intelligatur legatum
cum tamen in computatione que fit ad cogno-
ſcendum inquantum poſſit grauari imputetur
vt faciat, quod tanto minus videatur legatum.
Nec contra predictam concluſionem ob. tex.
in d. l. Neſennius verſic. Plane. ſ. eo. quia pro
49 ſolutione dico aduertendũ eſſe * ꝙ deciſio
illius tex. videlicet, quod iſte here grauatus,
qui aliquid accipit à coheredibus legatariis nõ
imputabit ceteris legatariis à quibus non acci-
pit vniuerſum id quod preſtat legatariis cohe
redibus ſed ſolum quantum daturus eſſet ſi ni-
hil ab ipſo coherede acciperet, habes iſtum ſen
ſum & iſtud ſolum importat, quod in compu-
tatione Falcidie quam iſte heres grauatus eſt,
habituras cum illis legatariis à quibus nihil ac
cipit non computabit ſe ſoluiſſe integrum le-
gatum quamuis reuera preſtiterit integrum
cum pretextu eius, quod accipit ab ipſo cohe-
rede legatario non detraxerit Falcidiã ab eius
legato ſed ſolum computabit ſe ſoluiſſe quan-
tum ſoluturus eſſet ſi nihil accepiſſet ab ipſo le
gatario. Nam ſi nihil accepiſſet vtique à lega-
tario detrahenda eſſet Falcidia pro ſua rata, &
ſolum deberet preſtari occaſione ſui legati id
quod ſupereſſet deducta ſua rata Falcidie. Nã
ſua rata Falcidie intelligitur ſoluta in eo, quod
heres ab ipſo legatario accepit, adeo, quod de

ciſio

ciſio illius tex. prouт etiam hic dicit Bartolus
non pertinet ad hoc vt illud quod grauatus he
res accipit ab vno legatario imputetur ad com
modum aliorum ad effectum vt minuaт quar-
ta ab aliis detrahēda per ſua rata, ſed ſolū quo
ad effectum vt quarta intelligatur detracta ab
iſto legatario. Et vt clarius intelligas propone
exemplum teſtator habens cccc. in bonis lega-
uit Titio predium valoris cc. illum grauauit
dare c. heredi, c. aliis legatariis legauit alia cc.
in caſu propoſito vtique ipſo iure nōe Falcid.
ex legato Titii detrahenda forent l. & de lega-
tis aliorum alia l. heres dum init rationem Fal.
cū ipſo Titio cōpenſat illa c. que ab illo accipit
cū illis l. que ab ipſo pōt per Falcidiā detrahere
& ꝑpterea preſtat ei integrā legatū. In ratione
mō in eūda cum aliis legatariis ſi idē heres vel
let dicere ſibi deberi c. ꝑ Falcidia, replicabunt
ceteri legatarii ꝙ heres non debet computare
cum ipſis ꝙ ſoluerit cc. Titio, & ꝙ integrū lega
tū ſibi ſoluerit ſed ſolum ꝙ ſoluerit c. & l. quia
ſi nihil ab ipſo Titio accepiſſet ſolum ſoluenda
erant c. & l. quia nomine Falcidie ex eius lega
to erāt. l. deducenda & propterea tanquam ha
beat l. nomine Falcidie ex illo legato Titii ſu-
pereſt ſolum, quod ex legatis aliorum dedu-
cant alia l. & dicetur habere integram quar-
tam, ita quod illa c. que accipit à Titio non cō-
putantur cum aliis legatariis niſi pro illa quan
titate Falcidie quæ ab ipſo Titio in illis cen-
tum intelligatur ſoluta ad impediendum ne
ab aliis legatariis detrahatur vltra eorum ra-
tam, ex quo in illis c. intelliguntur ſoluta l.
quæ erant in ratione Falc. detrahadenda ex le-
gato Titii, & eādem deciſionem ponit textus
in d. l. filium quem ad ti. in his verbis ſi quid
deeſt, ad ſupplementum deducto eo quod à ce
teris in eo fundo ſoluitur ſupra quartam ha-
bens reddere compellitur vt dictum fuit in in-
terpretatione d. l. Nec obſtat ſi diceres quod ſi
deciſio d. verſiculi plane nihil aliud contineret
eſſet ſuperflua attento quia licet non intellige-
retur detracta Falcidia à legato Titii ſed, quod
illi eſſet preſtitum integrum legatum non ta-
men de legatis aliorum debuiſſet detrahi Fal-
cidiam vltra ſuam ratam l. ſi poſt miſſionem
ſupra eodem, & l. ſimiles infra eodem gloſa
comm. approbata in d. Auct. ſimiliter & l. li-
bertatis. l. ęris aliem ſupra eodem, que Sol. eſt
clara quod licet in legatis in quibus ceſſat Fal-
cidia ea ratione quia in computatione impu-
tantur vti es alienum vt in legato ad pias cau-
ſas d. hauctētica ſimiliter. C eo. & libertatis d.
l. ęris alieni & le. relictis in teſtamento. Militis
d. l. poſt miſſionē. d. l. ſi miles. Nō referat quo
ad alios legata. de an de illis cenſeaт detracta
Fal. attamen in legatis in quibus procedit Fal-
cidia de quibus ſi non deducitur Falcidia non
eſt ex eo quia mero iure in illis non ſit debita
ſed ex eo quod heres aliquid accipit ab ipſo le
gatario, vel ex alio accidenti plurimum re-
fert an de illis intelligatur detracta Falcidia
quia cum in computatione deducantur tam-
quam de patrimonio defuncti cum aliis legatis
& exhauriunt patrimonium defuncti pro vt
alia legata. Et niſi intelligeretur de illis lega-
tis deducta Falcidia tanto plus intelligeretur
deeſſe ad ſupplendam quartam heredi, tanto
plus ab aliis legatariis de ducendum eſſet pro
ſupplemento quartā Falcidie. Limitatur pre-
50 dicta regula * vt non procedat quando
teſtator expreſſe dixiſſet ſe dare legatum huic
heredi grauato ad hoc, vt preſtaret integra le
gata, & ſic ad hoc vt illud imputaret in quar-
tam Falcidie, & illam non detraheret ex lega-
tis, nam iſto caſu legatum, quod accipit he-
res imputaretur ſeu compenſereт in quartam
ope exceptionis ſeu replicationis non ſolum
ad commodum eius à quo heres accipit ſed
etiam ad commodum vniuerſorum legatario-
rum, vt eſt caſus in l. quod autem ſupra eo-
dem. Sed iuxta iſtam limitationem ſtat dubi-
tatio quoniam vt dictum fuit in tertia regula
precedentis articuli textus in d. l. quod au-
tem preſupponit, quod heres grauatus poſ-
ſit ommittere huiuſmodi legatum ſibi reli-
ctum, & vti beneficio Falcidie, quomodo in
caſu iſto, quando heres repudiaret legatum,
& vellet deducere, Falcidiam ex legatis poſ-
ſet eſſe conſultum illis legatariis quibus teſta-
tur voluit prouidere pretextu huius lega-
ti, quod dedit grauato ne patiantur Falci-
diam. Circa quam dubitationem pro reſolu-
tione dico aduertendum, quod legatum da-
tum heredi grauato in caſu huius limitatio-
nis habet annexum iſtud onus imputationis,
ſeu compenſationis in Falcidiam, vt ſcilicet
ex eo ſatisfiat heredi pro ſua Falcidia. Vnde
ſuccedit, quod repudiante ipſo cui legatum
datum fuit remaneret legatum apud eum à
quo relictum fuit con predicto onere l. prima.
§. pro ſecundo, & §. ſub conditione C. d. ead.
tolle. declarat Bartolus in l. fideicommiſſum,
ſupra de leg. primo. Ex hoc ſequitur, quod
ille legatarius à quo relictum fuit legatum dan
dum heredi, & apud quem repudiante ipſo
herede legatum remaneret tenetur de ipſa re
legata ſatisfacere aliis legatariis pro rata eius
quod occaſione Falcidie fuiſſet detractum. Et
predicta ſufficiant quo ad articulum imputa-
tionis in quartam Falcidie.

CIRCA Tractatum imputationis in quar-
tam Trebellianicam quam heres grauatus re-
ſtituere hereditatem, debet habere per autho-
rithatem ſenatuſconſulti. Trebelliani quia, vt
ſupra dictum fuit, in articulo imputationis
in quartam Falcidie, duobus modis fit impu-
tatio in quartam Trebellianicā primo ipſo iu-
re in cōputatione in ratione ipſius Falcidie ſeu
Trebellia. dū vniuerſum patrimo. ꝙ defunctus

reliquit tempore mortis ſue venit imputandū in ipſa computatione, vel vti comprehenſum in fideicommiſſo vniuerſali, vel vti non comprehenſum in fideicōmiſſo ſed reſeruatū heredi pro quarta ad hoc vt cognoſcamus an ſit locus diſpoſitiōe ſenatuſconſ. Trebell. circa detractionem quarte, vel eius quod deeſt ad ſupplendā quartā ex ipſo fideicōm. vniuerſali, vt habeť in §. ſi quis vna Inſt. de fideic. her. in l. 1. §. ſi. heres. j. ad Treb. in l. in quātitate §. pen. & ſi. ĩ. eo. cum pluribus concor. in qua cōputatione quāto minus de patrimonio imputabiť in ipſo fideicōm. tanto plus imputabiť in quartā & ecōtra quanto plus de dicto patrimonio imputabitur, in ipſo fideicomm. tanto minus imputabiť in iſtam quartam Trebell. Secundo modo fit iſta imputatio in quartam non in computatiōe in ratione Trebell. ſed dum agiť de cōpenſatione cū illo, quod per authoritatem Trebell. detrahendum erat ex ipſo fideicommiſſo vniuerſali ꝓ ſupplemento ipſius quartæ & iſtud contigit, quando conſtat fideicōmiſſum vniuerſale excedere dodrantem hereditatis ex qua fuit inſtitutus heres grauatus, & mero iure eſſe locū diſpoſitioni ſenatuſconſulti Trebellianic. circa detractionem quarte, vel eius quod deeſt ad ſupplementum quarte, prout. ſ. dictum fuit in articulo imputationis in quartam Falcidie, nam in hoc nulla poteſt eſſe differentia inter vnā & aliam quartam, vt euidentiſſime conſtabit ex iuribus. j. allegandis, idcirco videndum eſt de vtraque ſpetie imputationis in quartam Trebellianicam.

Et circa primam ſpeciem imputationis in iſtam quartam, tria principaliter ſunt diſcutienda. Prima eſt, quæ veniant heredi ipſo iure imputanda in hanc quartam in cōputatione in ratione Trebell. 2. quid in caſu quo heres grauatus ſit non ſolum per fideic. vniuerſale, verum etiam per legata particularia 3. de effectu huius imputationis ipſo iure in hanc quartam in ratione Trebell. & in diſcuſſione horum trium declarabitur in quo differat quarta Trebellianica, à quarta Falcidia, circa hanc materiam imputationis, & quæ ſint rationes differentie inter vnam & aliam quartam.

Circa primū videlicet quæ veniant imputāda ipſo iure in quartam Trebel. in computatione in rōe Trebell. conſtituto tibi aliquas cōcluſiones ſeu regulas, que iudicio meo ſint vere, & ꝓrſus indubitate & ſi in aliquibus communiter Doc. diſſentiant. Prima eſt ✱ nō impu-
51 tari ipſo iure in quartam Trebell. ea que de bonis defuncti, non ex ſua diſpoſitione vltime voluntatis ſed ex eius diſpoſitiōe inter viuos perueniunt ad heredem grauatum, quam regulā poſuimus. ſ. in articulo imputationis in Falcidiā, & illā euidēter preſupponit tex. noſter hic & in l. pater filiam in prin. ſ. eo. nec in hoc poteſt eſſe vlla difficultas, ex quo in iſtis que ad grauatum perueniūt ex bonis defuncti per ſuā diſpoſitionem inter viuos nulla poteſt eſſe differentia inter vnam & aliam quartam quia in computatione in ratione vtriuſque quarte habeť ſolum ratio patrimonii, quod defunctus habuit in bonis tempore mortis l. in quantitate in princ. ſ. eod. & inſt. eod. §. quātitas, & ideo hec regula procedit in vtraque quarta & omnia quæ circa hanc regulam dicta ſunt, ſupra circa quartam Falcidiam procedunt etiam quādo agitur de imputatione ipſo iure in quartam Trebellianicam. Secūda regula eſt nō imputari in quartam in computatione in ratione Trebellianice ea que ad grauatum perueniunt per mortem teſtatoris ſed non ex ſua diſpoſitione ſed alterius, quam regulam poſuimus ſupra circa Falcidiam in precedenti articulo in ſecunda regula, & illā preſupponit tex. noſter hic, Nam cum iſta que conſequitur heres ex diſpoſitione alterius, non ex diſpoſitione defuncti non poteſt dici de hereditate illius teſtatoris igitur &c. Et quo ad ea quæ non ſunt de hereditate teſtantis nulla poteſt eſſe differentia inte vnam & aliam quartam, cum in cōputatione in ratione vtriuſque quarte habeatur ſolum ratio patrimonii, & hereditatis ipſius teſtatoris d. l. in quantitate in principio, & omnia quæ dicta ſunt ſupra, circa Falcidiam in precedenti articulo in ſecūda regula procedunt etiam, quando igitur de imputatiōe in quartam Tre-
52 bellianicam Tertia regula eſt ✱ de his quæ heres grauatus accipit vel iure legati, vel fideicommiſſi non ex ſua hereditaria portione, ſed ex parte ſeu portione coheredis, quia iſta nullo modo imputantur in hanc quartam in computatione in ratione Trebellianice, & in iſtis nulla poteſt eſſe differentia inter vnam, & aliam quartam, & quamuis iſta regula probabiliter non poſſit in dubium reuocari per ea que ſtatim ſubdam Doc. tamen illam non admittunt, ſed conſtituunt contrariam regulam affermatiuam, videlicet, quod iſta imputantur in hanc quartam in computatione in ratione Trebellianicæ, ſed quicquid dixerint ipſi predicta regula negatiua eſt prorſus indubitata & euidenter probatur per plura iura, & per plures concludentes rationes, nam primo probatur per tex. noſtrum verſiculo pro ea vero parte, dum ſimpliciter & abſolute in eo dicitur extra quartam eſſe id, quod à coherede accipitur, quæ verba denotant, nullo modo pertinere ad hanc imputationem ipſo iure in quartā iſta quæ grauatus accipit à coherede hoc idem pro indubitato preſupponit tex. in l. deducta §. nummis infra ad Trebellia. verſiculo diuerſa iſtud etiam velut indubitatum preſupponit tex. in l. Titia ſ. eodem dum ſolum dubitat de ea parte predii ꝓlegati que accipiť

ex hereditaria portione illius grauati, an ſit in hanc quartam imputanda non autē de illa parte prelegati quæ accipitur ex portione coheredis, hoc etiam preſupponit tex. in l. filium quem C. fam. hercis. ver. compenſato, preterea ex quo illa verba compenſato preterea, quod à coheredibus vice mutua accipit denotatur id quod accipitur à coherede imputari ſolum per modum compenſationis ad commodum ipſius coheredis, non autem ipſo iure in computatiõe in ratione Trebell. vt fuit annotatum circa interpretationē d. l. & licet Doct. intelligāt predicta iura loqui & procedere in caſu quo prelegatum factum grauato accipitur difformiter videlicet iure legati pro parte coheredis & iure hereditario pro parte illius grauati non autem in caſu, quando accipitur vniformiter videlicet in totum iure legati, vt pote quia acciperetur in ſolidum ex parte ſeu portione coheredis tamē iſta ſua ſolutio eſt omninum mentē iuris, tum quia reſtringit predicta iura que loquuntur ſimpliciter & indiſtincte, tum quia falſum eſt, quod in caſu dictarum. ll. illud prelegatum accipiatur diformiter verū totum accipiť iure legati nõ ſolum pro ea parte que accipiť à coherede ſed ēt pro ea parte que accipitur ex portione hereditaria illius grauati quia relictum fuit in tempus reſtituende hereditatis, vt dictum fuit. ſ. in tex. & latius. j. declarabitur, cum quia iſta differentia nullam habet rationē, & ratio aſſignata per Doct. eſt falſa vt. j. diceť Hec eadem regula vltra predicta iura probať pluribus concludentibus rationibus. Prima ratio eſt quia ſicut in computatione in ratione Falcidie, in perſona vnius ex duobus vel pluribus heredibus ſolum deducitur id, quod eſt in hereditaria portione ipſius non autem illud quod eſt de hereditaria portione alterius coheredis l. in ſingulis. ſ. eodē & inſt. eod. §. & cum queſitum, Ita etiam in computatione in ratione Trebellianice in perſona vnius ex duobus vel pluribus heredibus non enim reperitur in aliqua lege deciſum, quod plus deducatur in computatione in ratione Trebellianice, quam deducatur in cõputatione in ratione Falcidie igiť impoſſibile eſt, quod iſtud quod accipitur à coherede & ex coheredis portione poſſit imputari ipſo iure in quartam in ratione Trebellianice ſi non deducitur in dicta computatione tertia ratio eſt quia iſtud, quod accipit grauatus à ſuo coherede deducitur in computatione in ratione Falcidie ſeu Trebellianice que fieri debet in perſona coheredis, & in eius portione hereditaria, igiť non poteſt deduci in cõputatione in ratione Trebel. que fieri debet in perſona huius heredis grauati, & in ſua hereditaria portione, quia non poteſt vnum & idem legatum his computari ſeu in computationem deduci, & ideo impoſſibile eſt, ꝙ poſſit huic grauato in quartam imputari in cõputatione Trebelliani. que fieri debet in eius perſona & portione. Tertia ratio ē quia ſi iſtud, quod accipit grauatus ex portione coheredis ſibi in dicta cõputatione ipſo iure imputareť in quartā ſequeretur ꝙ computatio predicta non ſolum fieret de eo, quod eſſet in portiõe hereditaria, verum etiam de eo, ꝙ non ēet de dicta hereditaria portione, nam poſito, quod in ſua hereditaria portione forent centum, & in legato quod accepit à coherede forent vigintiquinque ſi in computatione deducimus illa. 25. imputando grauato in eius quartam, vtique computatio fieret de centum vigintiquinque, non autem de ſolis centum, que ſunt de hereditaria portione. Vnde ſuccederet, quod quarta hereditarie portionis reſeruanda heredi includeret quartam partē dictorum centum & vigintiquinque, & dodrans hereditarie portionis incluſus in fideicõmiſſo vniuerſali includeret dodrātem dictorū centum & vigintiquinque, iſtud autem eſt abſonum & à iure admodum alienum, vt. j. declarabitur in ſeq. queſtione igitur &c. ſunt etiam plures aliæ rationes que adduci poſſent de quibus. j. diceť in ſeq. regulis, & profecto mirandū eſt ꝙ Doct. receſſerint ab iſta regula & firmauerint contrariam ſententiam contra tot euidentes ll. deciſiones, totque concludentes & ineuitabiles rationes cum pro ſua opinione nihil habeant, niſi tex. noſtrum hic in ver. ſed in fideicõmiſſaria, quatenus videť decideret, ꝙ imputeť in quartā legatum vel fideicommiſſum datum grauato in reſtituenda hereditate, qui tamen tex. nihil penitus facit quoniam vt. ſ. dictum fuit in tex. iſte ver. loquiť ſolum de illo legato vel fideicõmo, ꝙ ex ſua hereditaria portione relictum eſt grauato in tempus reſtituende hereditatis, ſiue ex ſua hereditaria portione percipere vel deducere aut retinere iuſſus eſt in tempus reſtituende hereditatis non autem de eo legato, ꝙ accipit grauatus à coherede, nam ꝙ nõ loquať de legato ꝙ accipitur à coherede aperte denotat ver. ſequens dum à deciſiõe huius verſiculi excipit legatū, ꝙ accipitur à coherede & ſimpliciter determinat eſſe extra quartā illud ꝙ accipiť à coherede, ꝙ etiam loquať in eo legato, ꝙ datur in tempus reſtituende hereditatis ex hereditaria portione illius grauati aperte denotant verba tex. in preſenti verſic. quorum verborum ſenſus eſt, ꝙ ſiue legatum ſiue fideicõmiſſ. datum ſit heredi in reſtituenda hereditate, ſiue ipſe heres percipere deducere vel retinere iuſſus eſt in reſtituenda hereditate hoc eſt in tempus reſtituende hereditatis id ei in quartā imputatur, non enim illud verbum in reſtituenda hereditate poteſt referri ad illud vebū imputatur in quartam, quoniam imputatio in quartam ipſo iure non fit dum reſtituitur hereditas ſed in cõputatione in rõe Fal. ſeu Trebel. ante

reſtitutionē fideicommiſſ. hereditatis, ſed referē ad illud verbum datum ſit & ad illud verbum percipere, vel deducere, vel retinere iuſſus eſt, ita vt omnino verba ipſa denotent legatum, vel fideicommiſſum datum grauato in tempus reſtituende hereditatis. Nec obſtat ſi diceretur quod ex quo legatum quod accipit grauatus ex ſua hereditaria portione accipitur non iure legati, ſed iure hereditario l. in fideicommiſſaria. §. ſi j. ad Trebel. quod ideo atento iſto intellectu in iſto verſic. non conſtitueretur aliqua differentia inter vnam & aliam quartam circa iſtam materiam imputationis, quod eſt manifeſte cōtra tex. quia reſpondetur, ꝙ immo accipiē iure legati nō iure hereditario vt dictū fuit. ſ. in tex. & latius diciē infra in ſeq. regulis.

53 QVARTA regula eſt * de his quæ iure legatiˢ, vel fideicommiſſi accipit heres grauatus ab aliquo legatario ſeu fideicommiſſario particulari, circa que generaliter & abſolute concludendum eſt, quod non imputantur in quartam in computatione in ratione Trebellianice ita quod in iſtis nulla ſit differētia inter vnam & aliam quartam, & iſta regula non minus eſt indubitata quam precedens ſiue loquamur de legatario ſeu fideicommiſſario particulari, cui legatum ſit à coherede ſiue de eo cui legatum ſit ab iſto herede grauato reſtituere hereditatem nam in primo caſu quando loquimur de legato coheredis non poteſt eſſe dubiū quia ſicut in caſu quo legatum nō fuiſſet acquiſitum legatario ſed remanſiſſet apud coheredē cum iſto onere fideicommiſſi relicti huic heredi grauato, quod prius fuerat iniunctum legatario vtique id quod accepiſſet heres grauatus ab ipſo coherede occaſione huius fideicommiſſi iniuncti legatario coheredis non imputaretur in quartam in hac computatione, vt dictū fuit in precedenti regula, igitur nec etiam eſt imputandum quando heres grauatus accipit fideicommiſſum à legatario coheredis, à quo legatarius fuit conſequutus legatū, accedit quia id quod conſequitur heres grauatus à legatario coheredis, aut dicetur accipi ex portione coheredis aut extra hereditatem, non autē ex portione hereditaria ipſius grauati, igitur ſequitur, quod militant omnes rationes, de quibus dictum fuit ſupra in ſecunda & tercia regula ad impediendum ne aliquo modo poſſi ē in quartā imputari in hac computatione. In alio vero caſu quando iſte heres grauatus accipit à legatario ſuo, idem dicendum eſt, vt non poſſit ne dum in caſu iſto predicta regula in dubium probabiliter reuocari ſiue loquamur in caſu quando iure fideicommiſſi grauatus accipit à legatario ſuo aliquid diuerſum à re legata, ſiue quando accipit partem rei legate, nam in primo caſu cum propter id, ꝙ accipit grauatus iure huius fideicommiſſi à legatario ſuo non fiat, quod tanto minus cenſeatur eſſe in legato huius legatarii l. Imperator ſ. de leg. 2. nullo modo poterit deduci in computatione in ratione Falcidie ſeu Trebellianice, & per conſequens nec in quartam imputari nam illud, quod non eſt ex hereditate non deducitur in dicta computatione, vt dictum fuit ſ. in prima, & in ſecunda regula niſi in quantū eius occaſione ſit, quod tanto minus cenſeatur eſſe in legato per quod heres grauatur vt preſupponit tex. noſter in ſi. & in l. qui fundum in principio, & l. ſi dignum ſ. eodem & patet ſenſum, in ſecundo vero caſu ſimiliter idem dicendum eſt, quia cum neceſſe ſit ad hoc vt grauatus heres poſſit accipere iure fideicōm. à ſuo legatario partem rei legate, ꝙ ipſe legatarius grauatus ſit poſt aliquid tempus illam partem reſtituere ipſi heredi l. ſi à me. l. ſi fundus legatus ad ſi. l. id autem 2 reſponſo. ſ. eod. & dictū fuit. ſ. in articulo precedenti in quarta & quinta regula, propterea ſequitur quod illud quod ex re legata accipit grauatus heres iure fideicōmiſſi à ſuo legatario dicatur eſſe cōprehenſum in legato, & propterea in iſta computatione non poterit vllo modo imputari in quartam cum ſit comprehenſum in legatis relictis quoniam in iſta computatione non poſſunt heredi in quartam imputari que imputātur in legatis vel fideicommiſſis relictis legatariis tamquam in illis comprehēſa d. l. in quantitate §. ſi. ſ. eod. & Inſt. eod. §. ſi. & dictum fuit. ſ. & etiam pattet ad ſenſum, & vltra predicta iſta regula redditur indubitata ex alio quia cum iſtud quod accipit heres grauatus à ſuo legatario imputādum ſit in quartam per modum compenſationis ope exceptionis ad commodum ipſius legatarii l. Neſennius. §. primo. ſ. eod. l. filio. j. eod. & dicetur. j. tertia. q. principali huius articuli impoſſibile eſt, quod in computatione in ratione Trebellianice imputetur ipſo iure heredi in quartam quia imputaretur ad cōmodum vniuerſorum in preiudiciū huius legatarii à quo ipſe heres accipit, vt dictum fuit. ſ. in precedenti articulo in ſecunda concluſione circa ſpeciē imputationis que ſit ope exceptionis per modum compenſationis & dicetur. j. 1. q. principali. Et ſtantibus predictis profecto mirandum eſt, quod Doct. firmarint contrariam concluſionem ſeu regulam concludendo predicta imputari ipſo iure in quartam in computatione Trebellianicæ adducti in hanc ſententiam ſolum per tex. noſtrum in verſicu. ſed in fideicommiſſaria & in ver. ſed ſi accepta pecunia qui tamen tex. nihil penitus facit & non loquitur nec intelligi poteſt de iſtis que hic heres grauatus reſtituere hereditatem accipit iure fideicommiſſi à ſuo legatario particulari, nā primo, quoad verſicul. ſed in fideicommiſſaria clarum eſt, quod non poteſt intelligi de his

quæ

quæ accipit grauatus à ſuo legatario particula
ri, quia loquitur de illo legato ſeu fideicõmiſ-
ſo, quod relinquitur huic heredi grauato in
tempus reſtituende hereditatis, & fideicommiſ
ſum, quod hic heres accipit à ſuo legatario nõ
poteſt dici datum in tempus reſtituende here-
ditatis cum cenſeatur datum ſolum poſtquam
ille legatarius conſequutus fuerit legatũ, quia
antea nõ potuit grauari d. l. imperator de leg.
2. l. ſi legatarius. ĩ. de leg. 3. tum etiam quia lo-
quitur de legato ſeu fideicommiſſo, quod ſim-
pliciter datum fuit huic heredi grauato, & le-
gatum, quod ſimpliciter relinquitur non po-
teſt cenſeri relictum ab aliquo legatario parti-
culari ſed ab omnibus heredibus pro ſuis here
ditariis portionibus l. ſi ſeruus. §. qui Margari
tam. ĩ. de leg. 3. quo etiam ad verſiculum ſed ſi
accepta pecunia clariſſime conſt. quod non
poteſt intelligi de his quę heres grauatus acci-
pit à ſuo legatario particulari quia loquitur
de relicto dato huic grauato per illos ablati-
uos abſolutos accepta pecunia adiectos fidei-
commiſſo vniuerſali per quod ipſe heres gra-
uatur reſtituere hereditatem, & propterea nõ
poteſt intelligi niſi de relicto, quod accipitur
ex illa hereditaria portione quã hic heres gra-
uatur reſtituere, vel quod accipitur ab ipſo fi-
deicõmiſſario vniuerſali l. cum pater in princi.
ĩ. de leg. 3. l. deducta. §. nummis. ĩ. ad Tre-
bell. l. à teſtatore. ĩ. Tit. primo l. acceptis in fi. ĩ.
eod. Et vlterius ad predictorum comprobatio
nem aduertendum eſt, quod in l. noſtra ſolum
ponitur queſtio de eo, quod hic heres graua-
tus accipit ex cauſa conditionis à ſuo legatario
particulari, non autem de eo, quod accipit iure
fideicommiſſi ab eodem legatario, & in hoc vi
dẽt preſupponere, quod licet poſſi eſſet aliqua
dubitatio circa id quod accipitur ex cauſa con
ditionis, an veniat ipſo iure imputandum in
quartam Falcidiam ſeu Trebellianicam, quod
tamen nulla poteſt eſſe dubitatio circa id quod
accipitur per grauatum iure legati, vel fidei-
commiſſi à ſuo legatario particulari, vel à ſuo
coherede, ſed clarum & indubitatum ſit, quod
non ſit ipſo iure in quartam imputandum per
rationes de quibus. ĩ. dictum fuit, quinimo vi-
demus, quod in l. ſi à me. ĩ. eod. reuocatur ſolũ
in dubium an id quod hic heres grauatus acci-
pit à ſuo legatario particulari imputeť ipſo iu
re iu quartã in eo caſu, quando legatarius gra
uatur reſtituere ipſi heredi rem ſibi legatam,
& dubitat ſolum proter illam rationem quia
dubium eſt, an in caſu iſto valeat legatum fa-
ctum legatario, nã preſupponit pro indubita
to, quod non imputetur in quartam preſuppo
ſito, quod legatum factum legatario valeat, &
quod heres dicatur habere iure fideicommiſſi
rem quam accipit à legatario ſuo, Ratio autem
quare probabilius poſſit dubitari in eo, quod
ex cauſa ſimplicis conditionis heres accipit à
ſuo legatario ea eſt, quia circa iſtud poterat du
bitari an accipiatur pro pretio rei legatę, quo
niam in hoc caſu cum faceret, quod tanto mi-
nus cenſeretur eſſe in legato propterea foret
imputandum in quartam, vt in l. qui fundum
in princ. & l. ſi dignum & l. ſi fundus legatus ĩ.
eod. ſiquidem vero non accipiatur pro pretio
ex quo propter id non ſit, quod tanto minus
dicatur eſſe in legato non imputaretur in quar
tam, vt dicitur in tex. noſtro ad fi. Et quia pre
dicta ratio dubitationis non poteſt militare in
eo, quod iure fideicommiſſi hic heres accipit à
ſuo legatario, propterea preſupponitur pro in
dubitato, quod non imputatur ipſo iure in
quantam.
54 QVINTA regula eſt * de his que
iſte heres grauatus reſtituere hereditatem acci
pit ex cauſa conditionis non à fideicommiſſa-
rio vniuerſali ſed vel à coherede, vel ab aliquo
legatario ſuo vel à legatario coheredis ſui. Cir
ca que concludendum eſt, quod ſicut non im-
putantur heredi ipſo iure in quartam in com-
putatione Falcidie, ita nec etiam imputentur
ipſo iure in quartam in computatione Trebel
leniace adeo quod nec in iſtis aliqua exiſtat dif
ferentia inter vnam & aliam quartam, hanc re-
gulam ſeu concluſionem ponit tex. noſter in
verſic. ſi. vt dictum fuit in textualibus, & ean-
dem preſuppont tex. in l. in ratione. §. tametſi
ſupra eod. nam ſi textus ille vult in hac compu
tatione Trebellianice, non imputari in quartã
id quod accipit heres in figura conditionis ab
ipſo fideicommiſſario vniuerſali vt dicetur in
ſeq. regula quãto minus imputabitur id quod
heres ex cauſa conditionis accipit ab aliis, &
quomodo poteſt in computatiõe Falcidie, ſeu
Tebellianice imputari in quartam, cum non ac
cipiatur ex illa hereditaria portione ex qua
hic grauatus fuit inſtitutus, ſed extranſit extra
hereditatem, nec faciet, quod tãto min, dicatur
eſſe in legatis relictis ab ipſo grauato, vt dicit
in tex. noſtro ad fin. & computatio in ratione
Trebellianice non ſit niſi de eo, quod eſt in he-
reditaria portione heredis grauati, prout et
de eo tantum ſit computatio in ratione Falci-
die d. l. in quantitate. §. ſi. ſupra eod. & Inſt. eo.
§. ſi. iuncto tex. in l. in ſingulis, & dictum fuit
ſupra in tertia regula, & omnes rationes addu
ctæ ſupra in his quæ aciepit heres grauatus iu
re fideicommiſſi à coherede, vel ab aliquo lega
tario ſuo ſiue coheredis militant, & procedunt
in his quæ accipiuntur à grauato ex cauſa con
ditionis & profecto ſi mirandum eſt de eo, ꝙ
Doct. cõcludunt circa ea que accipit heres gra
uatus iure fideicommiſſi non à fideicommiſſa-
rio vniuerſali ſed ab aliis dum concludunt iſta
imputari in quartam in computatione Trebel
lianice, non minus mirandum eſt de eo, quod

firmatur circa iſta que accipit heres cauſa conditionis non à fideicommiſſario vniuerſali ſed ab aliis, concludendo predicta imputari ipſo iure in quartam in computatione Trebellianicæ, adducti in hanc ſententiã ſolum per tex. noſtrum verſiculo ſed ſi accepta pecunia & verſi. ſed & quod implende conditionis cauſa, qui tamen tex. nihil penitus facit, nec poteſt vlla ratione intelligi de his que hic heres grauatus accipit ex cauſa conditionis ab aliis quam à fideicommiſſario vniuerſali, quia & ſi illi duo ablatiui accepta pecunia vltra diſpoſitionem includunt conditionem, vt dictum fuit in l. 3 reſtituere ſupra Tit. primo non tamen important conditionem adimplẽdam ab alio, ſed ſolum adimplendam ab ipſo fideicomiſſario vniuerſali, vt dictum fuit in precedenti regula, tanto magis quia hic verſic. intelligi debet in his terminis in quibus loquitur deciſio & conſtitutio diui pii ad quam ſe refert & conſtat, quod dicta conſtitutio loquitur ſolum in caſu quando heres grauatus accipit aliquid ex illa hereditaria portione quam grauatur reſtituere vel accipit à fideicõmiſſario vniuerſali, vt apparet ex l. de Iuſta §. nummis. j. ad Trebell. in l. acceptis. j. eod. vbi fit mentio huius conſtitutis diui Pii, Idem dicendum eſt quoad verſic. ſed & quod adimplẽde conditionis cauſa videlicet, vt nullo modo poſſit intelligi de his que hic heres grauatus accipit ex cauſa ſimplicis conditionis ab aliis non ab ipſo fideicõmiſſario vniuerſali nam verba huius verſicul. ſunt quod datur fideicommiſſum cauſa implende conditionis que verba non poſſunt verificari in conditione adimplenda per legatarium cui ſit relictũ legatum ſub conditione ſi dediſſet centum huic hered grauato, nec in cõditione adimplenda per coheredem qui ſit inſtitutus ſub dicta conditione ſe dediſſet centum huic heredi grauato quia in d. pecunia nõ eſſet fideicommiſſum ſed ſolum ſimplex conditio, & ideo nullo modo verificarentur dicta verba, videlicet datur fideicommiſſum cauſa implende conditionis quinimo ꝑter eamdem rationem dicta verba non poſſunt verificari in conditione ſimplici adiecta fideicõmiſſo vniuerſali prout quando heres grauatur reſtituere hereditatem Titio ſub conditione ſi Titius dederit ſibi decem, quia de illis decem eſt ſolum conditio, non autem fideicommiſſum l. ſi quis ſub conditione dandorum decem. ſ. ſi quis om. cau. teſt. nec poſſumus dicere prout dicebat Bar. in ſecunda oppoſitione huius ſecunde partis poſt Iac. de aren. videlicet, quod predicta verba accipienda ſint in iſtum ſenſum quando fideicommiſſum iniungitur heredi ab ipſo preſtandum cum cauſa conditionis adimplende per ipſum fideicommiſſarium quia vltra, quod iſte intellectus tot quit literam vt &c dicebat Rip. num. 71. alia ratione non poteſt adaptari ad literam tex. noſtri nam illo attento ſenſus huius verſiculi foret, quod fideicõmiſſum iniunctum heredi ab ipſo herede preſtandũ cum cauſa conditionis implende per ipſum fideicommiſſarium eſſet admittendum in eadẽ cauſa videlicet, vt imputetur in quartã quod tamen eſt admodum abſurdum cum fideicommiſſum vniuerſale non imputetur in quartam ſed quarta ab ipſo fideicommiſſo veniat detrahenda vbi non fuiſſet reſeruata heredi in aliis bonis non comprehenſis in fideicommiſſo, nec etiam poſſunt predicta verba verificari in caſu quo dictum eſſet, acceptis centum à coherede, vel à legatario reſtituas hereditatem meuio, quia in caſu iſto ille coheres, vel legatarius preſtaret illa centum ſolum ob caſum ſatisfaciendi fideicommiſſo ſibi iniuncto per dictos ablatiuos non autem cauſa implende cõditionis adiecte illi fideicommiſſo vniuerſali relicto meuio, ſolum igitur poſſunt verificari verba illius tex. in caſu de quo loquitur conſtitutio diui Pii videlicet quando heres grauatur acceptis centum reſtituere hereditatem meuio, & heres ipſe per ſe non deducit illa centũ ſed fideicommiſſarius gratia implende conditionis preſtat illud fideicommiſſum de dictis centum ſibi iniunctum per duos ablatiuos, vt dictum fuit ſupra in declaratione tex. noſtri.

55 Et quibus infero * quod dicta concluſio, ſeu regula procedit etiam in his que heres grauatus accipit in figura conditionis ab ipſo fideicommiſſario vniuerſali quia in computatione Trebellianice non imputantur in quartam, & quod in iſtis non ſit aliqua differentia inter vnam & aliam quartam de quo eſt caſus in tex. noſtro in verſiculo ſi. vt dictum fuit in textualibus & hoc etiam preſupponit apertiſſime tex. in l. in ratione §. tam & ſi. ſ. eod. qui expreſſe loquitur de eo, quod in figura conditionis heres grauatus accipit ab ipſo fideicommiſſario vniuerſali dici poteſt, quod non loquatur de computatione in ratione Trebellianice, ſed ſolum de computatione in ratione Falcidie, vt ibi intelligunt Bart. & comuniter alii & videñ prima facie denotare illa verba que ſunt in tex. videlicet tam & ſi ante rationem legis Falcidie etc. quia vt dictum fuit. ſ. in euidentialibus vbique in iure ciuili per iſtud nomen Falcidie denotant quartam reſeruandam heredi grauato per fideicommiſſum vniuerſale quam Doct. appellatur Trebellianicam non minus quam aliam quartam reſeruandam heredi grauato per legata particularia, ex quo ad denotandum quartam reſeruandam heredi grauato per fideicommiſſum vniuerſale iura ciuilia non vtuntur iſto nomine Trebellianice Vnde cum tex. ille loquatur de quarta reſeruanda heredi grauato reſtituere hereditatem vtique apparet, quod loquitur de quarta quã

Doct.

Doct.appellant Trebellianicam,nec etiam dicerer poſſumus,quod tex. in d. §. tam & ſi loquatur & intelligi debeat in caſu,quo heres grauatus eſt non ſolum per fideicommiſſum vniuerſale,ſed etiam per legata particularia, quo caſu quarta detrahitur non ſolum ex fideicommiſſo vniuerſali, ſed etiam ex legatis particularibus l.Marcellus §.idem Pomponius infra ad Trebell. & quod deciſio illius tex. ad id pertineat, vt id quod accipitur à fideicommiſſario vniuerſali cauſa ſimplicis conditionis non computetur in quartam deducendã ex ipſis legatis particularibus non quod propterea velit negare quin imputetur ipſo iure in quartam Trebellianicam deducendum ex fideicommiſſo vniuerſali prout etiam preſupponunt Bartol. & alii in tertia q. Ex quo vt. j. declarabitur in ſeq.q.quoties aliquid imputatur in computatione Trebellianice ipſo iure in quartam imputatur ad commodum vniuerſorum & ſic etiã legatariorum particularium, & in caſu quo quis grauatur ſimul per fideicommiſſum vniuerſale,& per legata particularia nulla eſt differentia quo ad imputationem quę fieri debet in computatione huius quarte inter legata particularia & ipſum fideicommiſſum vniuerſale, quinimo dum volumus dicere imputari aliquid ad commodum fideicommiſſarii vniuerſalis à quo heres accipit, non ad commodum legatariorum particularium preſupponimus illud in computatione Trebellianice non imputari ipſo iure in quartam, verum ſolum imputari ope exceptionis in compenſatione ſeu ſolutione illius quarte, & omnia que dicta ſunt. ſ. de his que heres grauatus accipit iure legati, vel fideicommiſſi,vel cauſa conditionis ab aliquo legatario particulari, militant etiam in eo quod accipitur in figura conditionis à fideicõmiſſario vniuerſali quia cum iſtud non ſit hereditarium nec faciat, quod tanto minus dicatur eſſe in fideicõmiſſo vniuerſali, impoſſibile eſt quod in computatione Trebellianice imputetur ipſo iure in quartam cum non poſſit deduci in d.computatione,vt ſupra dictum fuit. Accedit quia cum iſtud ſit computandum in commodum ipſius fideicommiſſarii ope exceptionis in compenſatione ſeu ſolutione quarte detrahende ex ſuo fideicommiſſo pro ſua rata l. Neſennius §.primo ſupra eod.& l.filio. j.eod. nullo modo imputandum venit in computatione Trebellianice ipſo iure in quartam, nec tex. noſter in verſic. ſed ſi accepta pecunia, & in verſiculo ſed & quod adimplẽde per quem Doct. firmarunt contrariam obſtat, quoniam vt dictum fuit ſupra in declaratione textualiũ hic tex. in iſtis duobus verſiculis ſolum loquitur de eo, quod accipitur ex portione hereditaria,vel ab ipſo fideicommiſſario vniuerſali vigore conditionis, & fideicommiſſi important per illos ablatiuos accepris centum adiectos ſideicommiſſo vniuerſali ita quod in his omnibus de quibus dictum fuit ſupra in precedentibus concluſionibus ſeu regulis nulla poteſt eſſe differẽtia inter vnam & aliam quartam quo ad hanc imputationem que fit ipſo iure in computatione Falcidie,ſeu Trebellianicę.

56 SEXTA Regula eſt * de his que heres grauatus accipit ex hereditaria portione quam grauatur reſtituere, vel ab ipſo fideicõmiſſario,iure legati, ſeu fideicommiſſi, ꝙ ſibi relinquitur in tempus reſtituende hereditatis in quibus generaliter, & indiſtincte concludendum eſt,quod imputanda ſunt in computatione Trebellianice, ipſo iure in quartam,quã concluſionem ſeu regulam firmat tex.noſter in verſiculo, ſed in fideicommiſſaria hereditate loquitur enim in legato & fideicommiſſo relicto heredi grauato in tẽpus reſtituẽde ex ſua hereditaria portione vel ab ipſo fideicõmiſſario vniuerſali, vt dictum fuit,ſupra in tex. circa dictum verſiculum, ſed ſi accepta, & verſic. ſeq. & ſupra in tertia regula, eandem firmat tex. in l.deducta § nummis. j. ad Trebell. nam loquiť in iſdem met terminis in quibus loquitur tex. noſter in verſiculo ſed ſi accepta, eandem preſupponit tex. in l. filium quem habentem C. fam.hercis.& in l. Titia ſupra eod. vt fuit annotatum in interpretatione dictarum ll. quam & preſupponit tex. in §. ſi quis vna Inſt.de fid.hered. Ratio huius concluſionis eſt euidens quia iſtud,quod fuit datum heredi grauato in tempus reſtituende hereditatis, ex ſua hereditaria portione ex qua fuit inſtitutus,& quam grauatur reſtituere ſeu ab ipſo fideicommiſſario vniuerſali vtique dicitur deductum & delibatum ex illa hereditate quam grauatur reſtituere, & propterea non poterit cenſeri incluſum & comprehenſum in ipſo fideicommiſſo vniuerſali. Vnde ſequitur, quod omnino in computatione Trebellianice veniat imputandum ipſo iure heredi in quartam,nam vt dictum fuit ſupra in d. computatione deducitur omne, quod eſt de hereditaria portione grauati & illud, quod eſt incluſum in fideicommiſſo non poteſt in quartam imputari illud autem, quod non eſt incluſum in fideicommiſſo imputatur in d. cõputatione in quartam, & iſta regula nõ poteſt habere dubitationem ex quo omnes. ll. quę dicunt aliquid imputari in quartã partẽ q̃do heres eſt grauatus reſtituere hereditatem loquuntur de eo,quod datum fuit heredi in tempus reſtituende hereditatis, & omnes Doct. in hoc cõueniunt,quod iſta in quartam imputentur ſolum differunt in eo quia ipſi arbitrantur, quod hec quę dantur grauato ex ſua hereditaria portione in tempus reſtituende hereditatis accipiantur iure hereditario cum tamen in predicta regula preſupponatur, quod accipiantur

bonit, vt j. dicetur.
59 Circa vero aliud videlicet * Quãdo & qua
rõne id ꝙ cenſeſ, relictũ grauato in tẽpus reſti
tuẽde hereditatis intelligaſ accipi ex heredita-
ria portiõe illius grauati magis quã ex portiõe
hereditatis alterius coheredis ẽ aliqua difficul-
tas, nã fere tota hec materia imputatiõis ĩ quar
tã in cõputatione Trebellia. reducitur ad hanc
queſtionem. Circa quam tamen conſtituo nam
concluſionem, ſeu regulam que iudicio meo
eſt vera & indubitata, videlicet, quod regulari
ter id quod relinquitur grauato in tempus re-
ſtituende hereditatis intelligitur accipi ex ſua
hereditaria portione quoad hanc imputationẽ
in quartam preterquam in his quæ reperiun-
tur in portione hereditaria alterius coheredis
quia iſta intelliguntur accipi exportione cohe
redis quamuis relinquantur grauato in tem-
pus reſtituende hereditatis ſiue ille coheres ſit
fideicommiſſarius ſiue non hanc concluſionem
Preſupponunt omnia iura loquentia de hac
materia. Nã primo illam preſupponit tex. no-
ſter hic in verſic. ſed in fidricommiſſaria iuncto
verſi. pro ea vero parte & verſi. ſed ſi accepta,
nam in eo quod concludit prelegatum corpo
ris hereditarii imputari in quartã, pro ea parte
pro qua illud corpus reperitur in hereditaria
portione grauati quando relinquitur in tem-
pus reſtituende hereditatis preſupponit dictã
concluſionẽ in his quæ reperiuntur in heredita
ria portione illius grauati dum ẽt in ver. ſed ſi
accepta generaliter & abſolute cõcludit prele-
gatum pecunie in totum imputari in quartam
quando relinquiſ in tẽpus reſtituende herdita.
preſupponit predictã conditionẽ, vt intelligaſ
accipi ex portiõe hereditaria ipſius grauati nõ
exportione coheredis in his que non ſunt here
ditaria nec reperiunſ in hereditate, quoniã pe-
cunia que prelegaſ in caſu tex. noſtri nõ eſt he
reditaria, ſolum põt ex rebus hereditarie por-
tionis redigi, ſeu recuperari & propterea eadẽ
ratione idem dicendum eſt in quolibet corpore
non hereditario quia inſolidum imputabiſ in
quartam in hac computatione & intelligeſ ac
cipi ex hereditaria portione grauati dum re-
linquiſ in tẽpus reſtituende heredit. põt. n. redi
gi & recuperari ex rebus hereditarie portiõis
non minus quam pecunie, dum ẽt idem tex. in
ver. pro ea vero parte concludit prelegatum
corporis hereditarii pro ea parte pro qua res
prelegata reperiſ in portiõe coheredis, accipia
coherede & non imputari in quartam in dicta
cõputatione, preſupponit limitationem. ĩ. po-
ſitam ad dictam concluſionem. vt ea quæ repe
riuntur in portione coheredis non intelligãtur
accipi ex hereditaria portione grauati. Eam-
dem concluſionem preſupponit tex. in d. l. de
ducta. §. nummis. j. ad Trebell. dũ in prelegato
pecunie, & prelegato corporis hereditarii,
idem in omnibus concludit quod l. noſtra, &
tex. in d. §. nummis preſupponit idem eſſe quan
do coheres eſt fideicõmiſſarius, vt ſcilicet quo-
ad eam partem pro qua res hereditaria prele-
gata reperitur in portione hereditaria ipſius
coheredis non intelligatur accipi ex portione
grauati, quoad hanc imputationem in quar-
tam in huiuſmodi cõputatione, cum tamen idẽ
tex. in verſiculo, cum autem predium aperte
preſupponat ipſum coheredem fideicommiſſa
rium etiam in ea parte dicti corporis quæ re-
peritur in ſua hereditaria portione cenſeri gra
uatum non vti coheredem ſed veluti fideicõ-
miſſariũ, & grauamẽ cenſeri iniunctũ nõ here
ditarie portioni ipſius coheredis ſed fideicom.
portioni que dicto coheredi per fideicõmiſſum
fuit relicta, vt latius annotatum fuit circa inter
pretationem d. l. deducta §. Nummis. Ratio au
tẽ q̃re, iſtud ꝙ reperitur in portione heredita
ria huius coheredis fidieicommiſſarii non intel
ligatur accipi ex fideicommiſſaria portione,
quoad imputationem in quartam in computa
tione Trebellianice, prout videtur relictum ad
grauamen ipſius fideicommiſſariæ portionis &
ipſius coheredis tanquam fideicommiſſarii. j.
ſtatim declarabiſ, quã ẽt concluſionem cum di
cta eius limitatione preſupponit tex. in l. cum
pater in princ. ĩ. de leg. 3. quamuis tex. ille non
loquatur quoad imputationem in quartã in
computatione Trebell. ſed ſolum quoad illud
cui portioni videatur iniunctum illud graua-
men, & ad cuius portionis diminutionem intel
ligatur pertinere ſed ex hoc quod decidit tex.
ilIe videlicet prelegatum pecuniæ pertinere in
ſolidum ad grauamen portionis hereditarie il-
lius grauati quando daſ in tẽpus reſtituẽde he
reditatis ſed prelegatum corporis hereditarii
ſolum pro portione hereditaria pertinere ad
grauamẽ portionis grauati, & pro alia portio
ne ad grauamẽ coheredis infertur, vt õio idem
ſeruandum ſit, quoad hanc materiam imputa-
tionis in quartam. Eandem concluſionem cum
ſua limitatione preſupponit tex. in l. Titia. ĩ.
eod. & in l. filiumquem habentẽ C. fam. hercis.
dum concludit prelegatum corporis heredita
rii pro ea parte que reperitur in hereditaria
portione grauati imputari in quartam ipſo iu
re, pro alia vero parte que reperitur in portio
ne coheredis non imputari, nam in hoc preſup
ponit, quod ea que reperiuntur in hereditaria
portione grauati accipi ex ſua portiõe quoad
hanc imputationem in quartam quando dan-
tur grauato in tempus reſtituende hereditatis,
ea vero que reperiuntur in portioue ſeu parte
coheredis quoad hanc imputationem in quar-
tã intelliganſ accipi à coherede quamuis data
fuerint grauato ĩ tẽput reſtituẽde herdit. Et vl
tra p̃dicta iura iſta cõcl. cũ ſua limitat. ex aliis. j
dicendis apparebit indubitata. Iuxta q̃ tamen

60 ſunt alique difficultates * prima eſt que ſit
ratio predicte concluſionis, vt regulariter id ꝙ
relinquitur heredi grauato in tempus reſtituē
de hereditatis intelligatur accipi ex heredita-
eia portione ipſius grauati quo ad hanc impu-
tationem in quartam. Ad declarationem huius
rationis preſupponenda ſunt duo. Primum ꝙ
vbi relinquitur grauato in tempus reſtituende
hereditatis in dubio tale relictum videtur ad
onus & grauamen fideicommiſſarie portionis,
& ipſius fideicommiſſ. quāuis nominatim ab eo
nō fuerit relictum, vt preſupponunt omnia iu
ra preallegata, maxime tex. noſter in verſi. ſed
in fideicōmiſſaria, & in d. l. cū pater in princi. &
in d. §. nummis, nā videt̄ datū grauato in com-
penſationem ſue hereditarie portionis quā gra
uat̄ eeſtituere vt preſupponit tex. in d. §. nūmis
ver. diuerſo ibi ꝓ hereditaria parte retētorum
& in ver. cum aſit ibi concurrent̄ quantitatem
compenſari placuit & in d. l. cum pater in prin.
ibi acceptis in portionē tuam cētum & predio
Tuſculano, & in d. l. filium ibi cōpenſato prete
rea quod à coheredibus vice mutua percipit.
Secūda preſuppoſitū eſt, ꝙ vbi id ꝙ re linquit̄
grauato nō reperit̄ in portione coheredis, vel
in dominio ipſius fideicōmiſſ. pōt ꝓpria autho
ritate ab ipſo grauato, ſine facto illius fideicō-
miſſarii, vel ex ipſa hereditaria portione reti-
neri, vbi reperiatur in hereditaria portione,
vel ex rebus hereditarie portionis colligi & re
cuperari poteſt, hoc p̄ſuppoſitū firmat tex. in
§. ſi quis vna Inſt. de fideicom. hered. & in l. ac-
ceptis ad ſi. ī. eod. & in l. deducta §. nummis ver
ſic. diuerſa & eſt indubitatum vt ſtatim dicetur
Ex his duobus preſuppoſitis ſummitur ratio
predictæ concluſionis quia cum illud relictum
intelligat̄ datum grauato ad grauamē & onus
hereditarie portionis quam grauat̄ reſtituere,
& ad onus ipſius fideicōm. & poſſit propria au
thoritate ſine fcō ipſius fideicōm. ex ipſa heredi
taria portione per grauatū retineri vel eedigi
ſeu recuperari, ſequit̄ ꝙ ipſe grauatus intelgat̄
obligatus ſolū ad reſtituēdū reſiduū hereditar.
portionis ſue deducto eo ꝙ ſibi fuit relictū, ad
eo ꝙ fideicomm. vniuerſale intelligat̄ ſolū eſſe
de reſiduo hereditarie portionis. Vnde ſequit̄
ꝙ dum in cōputatione Trebell. deducitur illa
hereditaria portio dicetur incluſa & compre-
henſa in fideicōmiſſo ſolum pro dicto reſiduo
& ꝙ pro quantitate relicti, ꝙ dat̄ illi grauato
cenſeat̄ non comprehenſa in fideic. ſed reſeeua-
ta heredi pro ſua quarta & ꝓpter hanc eationē
ſit imputādum in quartam, & quoad ipſam im
putationē in quartam, dicitur accipi ex illa he-
reditaria portione que deducit̄ in dicta cōputa
61 tione. Secūda eſt difficultas * quare ſecus
in his que reperiuntur in portione coheredis,
quia quo ad ea eelictum datum grauato in i-
ſtud tempus reſtituende hereditatis non intel-
ligitue accipi ex ipſa hereditaeia portiōe quo
ad iſtam imputationē in quartam vt ī. dictum
fuit. Iſta difficultas habet duos caſus. peimus
eſt quando ille coheres non eſt fideicommiſſa-
rius, alius quādo eſt etiam fideicommiſſ. Primo
caſu ratio eſt euidens, quia quo ad ea quæ repe
riuntur in parte coheredis in dubio iſtud eeli-
ctum factum grauato heredi in tempus reſtitu
endæ hereditatis non intelligitur pertineee ad
onus, & grauamen hereditarie portionis que
venit reſtituenda, nec ad grauamen fideicom-
miſſarii, ſed ad grauamen partis coheredis, vt
preſupponit tex. noſter ver. pro ea vero parte
& in d. l. cum pater in prin. Vnde cum non ſit
relictum ex ipſa hereditae. portione ſed ex por
tione coheredis, ſequitue, ꝙ nō poterit deduci
in cōputatione Trebell. quæ ſit de hereditaria
portione huius grauati, vt dictū fuit. ī. in 3. re
gula, in ſecundo vero caſu. Rō nō videt̄ ita eui
dens quia quādo coheres eſt & fideicōmiſſ. tale
eelictum factum grauato etiam quoad ea quæ
reperiuntur in parte hereditatis ipſius cohere-
dis fideicommiſſarii videtur pertinere ad gra-
uamen hereditarie portionis quæ ſibi per fidei
commiſſum eſt reſtituenda intelligitur enim
iniunctum illi coheredi, nō tanquam heredi ſed
vti fideicōmiſſario, vt eſt caſus in d. l. deducta
§. nummis ver. cum autem. J. ad Trebell. & ibi
latius fuit annotatum, & propterea eeſſat eatio
Aſſignata ī. in preeedēti caſu quando coheres
non eſt fideicommiſſ. Rationem tamen poſuit
tex. in d. §. nummis vee. diuerſa, vt ideo quoad
imputationem in quartam in cōputatione Tre
bell. nō intelligat̄ accipi ex hereditaria portio-
ne heredis grauati quia id ꝙ reperit̄ in portiōe
ipſius fideicommiſſarii qui eſt coheres non pōt
accipi niſi ab ipſo coherede qui dominium ha-
bet, que rō indiget declaratiōe. Ad cuius intel
ligētiā debes aduertere quia tex. preſupponit
non ſufficeeet ad effectum vt relictum factum
grauato intelligat̄ accipi ex ſua hereditar. por
tione, quoad imputationē in quartam ꝙ cēſeat̄
pertinere ad grauamē & onus fideicommiſſ. &
portionis hereditatis quę ex fideicomm. venit
reſtituenda prout reuera non ſufficit, vt dicet̄
in ſeq. eegula, ſed requiritur vltra hoc ꝙ cenſea
tur pertinere ad grauamen ipſius fideicommiſ
ſarii quod etiā poſſit propria authoritate per
ipſum heredem grauatum ex portione heredi
taria retineri vel ex rebus hereditarie portiōis
colligi ſeu recuperari vt. ī. dictum fuit. Vnde
ſequitur, ꝙ vbi id quod relictum fuit heredi
grauato reperitue in parte hereditatis ex qua
ipſe fideicōmiſſaeius fuit inſtitutus ex quo non
poteſt per heredem grauatum propria autho-
eitate abſque facto coheredis fideicommiſſ. qui
eius dominium habet eedigi ſeu recuperari ex
rebus ſuæ hereditaeie portionis ꝙ ideo quoad
hanc imputationē quæ ſit in cōputatiōe Treb.

non intelligitur accipi ex hereditaria portio-
ne heredis grauati. Rationem rationis ommisit
tex. tamquam per ſe notam, eam tamen decla-
ro, cum ipſe grauatus nō poſſit propria autho
ritate, ſine facto fideicōmiſſarii conſequi id ꝙ
fuit ſibi relictum in tempus reſtituende heredi
tatis, utique dici non pōt ꝙ ipſe grauatus pre-
textu huius relicti cenſeatur obligatus ſolum
reſtituere reſiduum ſuę hereditarie portionis,
deducto eo ꝙ ſibi fuit relictum, ſeu ꝙ fideicom
miſſ. vniuerſale cēſeať ēt ſolū de reſiduo. Verū
omnino tota portio hereditaria, heredis graua
ti dicetur eſſe comprehenſa in fideicommiſſo,
& ipſe heres grauatus ad reſtitutionem inte-
gre portionis ſue hereditarie actēto, quod ipſe
heres grauatus per ſe, & propria authoritate
nihil poteſt deducitur & retinere ex dicta ſua
hereditaria portione. Vnde cum in computa-
tione Trebellianicæ tota portio hereditaria he
redis grauati veniat imputanda velut compre
henſa in fideicōmiſſo vniuerſali, ſequitur omni
no, quod tale relictum factum grauato, de his
que reperiuntur in dominio fideicommiſſarii
coheredis, vel in eius portione hereditatis, ex
qua fideicommiſſarius fuit inſtitutus veniat im
putandum vel uti res quæ accipitur extra
hereditatem, vel ex portione ex qua fideicom.
fuit inſtitutus nō autē ex portione hereditaria
heredis grauati, argumento eius quod dicitur
in l. noſtra ad fi. & in l. aduеteram in fi. ſupra
eodem, & eorum quæ dicemus in ſeq. regula
fateor quidem quod quo ad illam imputatio-
nem quæ fit ad cognoſcendum quæ onera ſint
vel cenſeantur iniuncta huic fideicommiſſario
& fideicommiſſariæ portioni intelligať accipi
ex ipſa fideicommiſſaria portione, prout intel-
ligitur accipi quodlibet onus iniunctum fidei-
commiſſario per cōditionem ſeu per legatum
aut fideicommiſſum l. nō amplius in principio
l. ciuitatibus §. fi. ſupra de leg. primo & annota
tum fuit in d. §. nummis ſed non poteſt cenſeri,
quod accipiatur ex hereditaria portione here-
dis grauati, quoad hāc imputationem in quar
tam quæ fit in computatione Trebellianicæ.
Tertia eſt difficultas quid in caſu quo relinqua
tur heredi grauato in tempus reſtituende here
ditatis aliqua res propria ipſius fideicommiſ-
ſarii quæ non ſit de hereditate ipſius defuncti
an intelligitur accipi ex hereditaria portione
heredis grauati quoad hanc imputationem in
quartam in computatione Trebellianicæ l. no
ſtra in verſiculo, ſed in fideicommiſſaria prima
facie facit pro iſta opinione quod videatur ac-
cipi nam excipit ſolum id quod accipitur à co
herede, & quod reperitur in portione cohere-
dis ad idem facit, quia idem dicimus in quoli-
libet alio corpore non hereditario quod repe-
riť in dominio alterius qui non ſit neque cohe
res, nec fideicommiſſarius exemplo eius quod
ſupra dictum fuit in relicto pecuniæ dato here
di grauato in tempus reſtituendæ hereditatis
vt hic in verſiculo ſed ſi accepta & in d. §. num-
mis, ego tamen arbitror contrarium videlicet
quod in caſu iſto relictum quoad hanc imputa
tionem in quartam non intelligatur accipi ex
hereditaria portione grauati, etiam quod fue-
rit datum in tempus reſtituende hereditatis,
quia militat ratio aſſignata in d. §. nummis ver
ſiculo diuerſa videlicet quod ex quo nō poteſt
accipi res relicta niſi ab ipſo fideicommiſſario
qui dominium habet, vnde fit quod propria
authoritate ipſius grauati non poſſit ſine fa-
cto fideicommiſſarii ex rebus hereditarie por-
tionis redigi ſeu recuperari vt dictum fuit ſu-
pra, non enim videť eſſe differentia verum do-
minium rei relictæ heredi grauato ſit penes fi-
deicommiſſarium vel uti heredem inſtitutum
ab ipſo defuncto an vero ex alia cauſa, & ad l.
noſtram in verſiculo ſed in fideicommiſſ. re-
ſpondetur quod loquitur in relicto illius rei
quæ reperitur in portione hereditaria heredis
grauati vel quæ ſaltem propria authoritate ip
ſius grauati ſine facto fideicommiſſarii poſſit
ex rebus ſuę hereditariæ portionis redigi ſeu
recuperari, vt colligitur ex eo, quod preſup-
ponit illud legatum conſiſtere vel in pecunia,
& quantitate, vt dicitur in verſiculo ſed ſi ac-
cepta, vel in corpore hereditario, ꝙ pro parte
accipiatur à coherede, vt in verſiculo pro ea ve
ro parte, & in iſtis terminis loquuntur omnia
alia iura concordantia in d. l. filium in d. l. Ti-
tia in d. §. nummis in d. l. cum pater in princi-
62 pio. Quarta eſt difficultas * quid in caſu
quo relinquitur grauato in tempus reſtituen-
de hereditatis, & verba legati ſignificant non
quod ipſe grauatus propria authoritate ſine fa
cto fideicommiſſarii accipiat & deducat ex ſua
hereditaria portione, ſed quod accipiat de ma-
nu ipſius fideicommiſſarii, an quoad hanc im-
putationem in quartam dicantur accipi ex he-
reditaria portione, exemplum ſi dictum ſit ac-
ceptis centum à Titio, vel accepto aliquo cōr-
pore fideicommiſſariæ portionis vel etiam nō
hereditario (quod tamen non eſſet in eius do-
minio) eidem Titio reſtituas hereditatem, vel
quia dictum ſit grauo, vt reſtituas hereditatem
Titio, grauo tamen eundem Titium vt det ti-
bi centum vel aliam rem hereditariam vel non
hereditariam quæ tamen non ſit in proprio pa
trimonio ipſius Titii, prima facie videretur di
cendum quod in caſu iſto non procederet pre-
dicta concluſio, ſed quod non diceretur accipi
ex hereditaria portione grauati quoad hanc
imputationem in quartam quia licet iſtud reli-
ctum cenſeatur pertinere ad onus ipſius fidei-
commiſſarii, & ſue fideicommiſſarie portionis,
quia tamē non poteſt propria authoritate per
grauatū retineri ſeu redigi ex rebus ſue here-

ditarie portionis prout requiritur ad effectum
vt quo ad hanc imputationem dicatur accipi
ex hereditaria portione vt. ſ. dictum fuit igi-
tur &cet. Hoc non obſtante veritas eſt, quod
etiam in caſu iſto procedat predicta concluſio,
& dicatur quoad hanc imputationem accipi
ex hereditaria portione pro quo eſt caſus in l.
noſtra verſic. ſed in fideicommiſſaria in quo nō
conſtituitur vlla differentia an id quod datur
grauato in tempus reſtituende hereditatis, re-
linquatur per figuram preceptionis, vel dedu-
ctionis vel legati aut fideicommiſſi, vel per a-
blatiuos abſolutos. Nec obſtat contrariū quia
pro ſolutione, eſt aduertendum, quia etiam in
caſu iſto poteſt proprii authoritate grauatus
ſine facto fideicommiſſarii retinere rem here-
ditariam, & pecuniam, vel aliam rem non here
ditariam ſibi relictam ex rebus hereditarie por
tionis quia licet verba relicti, non ſignificent
diſpoſitionem, per quam de iure iſto fforum
poſſet transferri dominium ſine facto grauati
attamen huic heredi grauato reſtituere heredi
tatem acquiritur per hanc diſpoſitionem ius
retentionis, hinc videmus, quod vbi heres gra
uatus ſit dare fundū Ti. & Ti. pure grauatus ſit
eundem fundum, vel eius partem reſtituere he
redi, quamuis verba ſignificēt, quod heres gra
uatus habeat fundum, vel eius partem à Titio
tamen ex quo heredi acquiritur ius retemptio
nis cauſatur, quod in legato Titii, non intelli-
gatur eſſe niſi illa pars fundi quam Titius
non grauatur reſtituere heredi, & pro alia
parte que eſt reſtituenda heredi fundus di-
catur accipi per heredem iure hereditario,
& propria authoritate l. ſi à me. l. id autem
l. ſi ſeruus ſibi legatus ſupra eodem, & di-
ctum fuit ſupra in quarta regula articuli pre-
cedentis imputationis in Falcidiam, & ideo
ſequitur, quod vbi quis grauatur reſti-
tuere hereditatem, & fideicommiſſarius graua
tus ſit dare heredi aliquam rem hereditariam
ſeu aliam que poſſit ex rebus hereditariis ſine
facto fideicommiſſarii redigi ſeu recuperari, ꝙ
acquiritur ipſi heredi grauato ius retemptio-
nis, vt poſſit propria authoritate percipere &
retinere, & conſequenter, quod intelligaē obli
gatus vigore fideicommiſſi vniuerſalis ad reſti
tuendum ſolum reſiduum dicte hereditatis. Ex
predictis omnibus infertur, quod vbi relinqui
tur grauato in tempus reſtituende hereditatis
aliquod corpus hereditarium ſolum dicatur ac
cipi ex portione hereditaria ea pars que reperi
tur in ipſa portione, non autem pro parte que
reperitur in portione coheredis, ſiue ille cohe
res ſit fideicommiſſarius ſiue non. Idem etiam
dicendum eſt in pecunia hereditaria, que relin
queretur veluti ſpecies certa, nam perinde eſt,
ac ſi relictum foret corpus hereditariam l. pla
ne §. primo l. ſi ſeruus §. qui quinque ſ. de leg.
primo, & ſimiliter quando relinquitur corpus
non hereditarium, quod exiſtat in proprio pa
trimonio fideicommiſſarii, non dicatur, quoad
hanc imputationem in quartam in cōputatio
ne Trebellian. accipi ex portione hereditta-
ria. Sed quoties in tempus reſtituende heredita
tis relinquitur, vel pecunia, vel aliquod cor
pus non hereditarium, quod non exiſtat in pa
trimonio fideicommiſſarii ſemper quoad hanc
imputationem dicatur accipi ex portione here
ditaria ſub quacunque figura verborum reli
ctum conceptum fuerit.

64 SEPTIMA Regula eſt * de his que
iure legati, vel fideicommiſſi grauatus heres ac
cipit à fideicommiſſario vniuerſali in aliud tē
pus quam tempore reſtituende hereditatis, &
in iſtis generaliter & indiſtincte cōcludendum
eſt, quod ſicut non imputantur in quartam in
computatione Falcidie, vt dictum fuit. ſ. in arti
culo precedenti, quod nec etiam imputentur
in quartam in computatione Trebellian. & ꝙ
in iſtis nulla ſit differentia inter vnam & aliam
quartam, hec regula non poteſt habere dubita
tionem in his que grauatus heres accipit à fidei
commiſſario vniuerſali ante tempus reſtituen
de hereditatis, quoniam hoc poteſt contingere
ſolum in caſu quo iſte fideicommiſſarius conſe
queret ex teſtamēto. Illius deffūcti aliquod cō
modum vel iure inſtitutionis, vel legati ante-
quas cedat dies fideicommiſſi vniuerſalis quia
alias antequam cedat dies fideicommiſſi vni-
uerſalis, non poſſet fidieicommiſſarius ipſe in a-
liquo grauari l. ab eo C. de fideicom. l. in ratio
ne §. tametſi ad fi. ſ. eod. & dictum fuit in l. à te-
ſtatore. ſ. Tit. primo, quo caſu fideicommiſſa-
rius non poſſet dici grauatus veluti fideicom-
miſſarius vniuerſalis, nec in ſua portione fidei-
commiſſaria, ſed ſolum vel vti heres inſtitutus
vel vti legatarius particularis, & in ſua heredi-
taria portione, vel ſuo legato. Vnde ſequitur,
quod nullo modo poterit imputari in quartā
in computatione Trebel. cum accipiatur extra
hereditariam portionem grauati, & in hac com
putatione deducatur ſolum id quod eſt de he-
reditaria portione grauati, vt dictum fuit. ſ. in
quinta regula, ſimiliter predicta concluſio ſeu
regula non poteſt habere dubitationem in his
que grauatus heres accipit à fideicommiſſario
vniuerſali per aliquod tempus poſt reſtitutam
hereditatem vt puta, quia heres ſit graua-
tus reſtituere hereditatem, & fideicōmiſſarius
poſtea in euentum alicuius cōditionis ſeu tem-
poris ſit grauatus aliquid dare dicto heredi, nā
etiam poſito, quod id quod dandum eſt heredi
per ipſum fideicommiſſarium ſit de ipſa heredi
taria portione, & quod propterea veniat dedu
cendum in computatione, quia tamen eſt inclu
ſum, & comprehenſum in fideicommiſſo vni-
uerſali, in d. computatione computandum ve-
nit

nit in fideicommiſſo vniuerſali, & propterea non poterit vllo modo in d. computatione in quartam imputari.

Idē etiā caſu quo id ꝙ dandū eſſet here. gra. nō eēt & hereditaria portiōe ipſius grauati heredis, nam tunc indubitatā eſt, ꝙ tunc etiam non imputaretur in quartam in computatione Trebellian. quia in dicta computatione non deducitur id quod accipitur extra hereditariā portionem grauati, vt dictum fuit. ſ. in tribus primis regulis preſentis articuli. Accedit quia iſtud imputandum eſt, per viam exceptionis in commodum illius fideicommiſſarii, vt. j. dicet̄ igitur ſequitur, quod nō poteſt imputari ipſo iure in quartam in computatione Trebellianice, vt ſepius. ſ. dictum fuit. Et pro hac concluſione eſt caſus in l. Liberto §. filium ſ. de ann. & illam euidenter preſupponit tex. in d. l. in ratione §. tam & ſi dum circa imputationem in quartam ſolum dubitat de his quæ heres accipit ante rationem legis Falcidie ſeu Trebellianic. nam ex hoc apparet, quod preſupponat eſſe prorſus indubitatum, vt non imputentur in dictam quartam ea quæ heres accipit poſt ſuſceptam rationem Trebell. Et quo modo in ratione Trebellian. poſſunt heredi in quartam imputari ſi ea non accipit heres ante ſuſceptā dictam rationem Trebellian. ſed poſt ē Et iſta regula comprobatur ex aliis omnibus que dicta ſunt. ſ. in preced. regula. Nec obſtat tex. noſter in verſiculo, ſed in fideicommiſſarium quia vt dictum fuit. ſ. loquitur ſolum de illo legato ſeu fideicommiſſo, quod datum fuit heredi in tempus reſtituendę hereditatis.

OCTAVA regula eſt de his quæ accipiuntur iure hereditario circa quæ licet communiter omnes Doct. arbitrentur, quod ſint imputanda ipſo iure in quartam, & quod in iſtis nulla ſit differentia inter vnam & aliam quartam per tex. in l. filium quem. C. Fam. Herc. in l. Titia. ſ. eodem in l. deducta. §. nummis. j. ad Treb. cum aliis concor. Ego tamen conſtituo diuer-
65 ſam regulam ſeu concluſionem, videlicet * quod iſta non imputentur in quartam in computatione Trebellian. quando ſunt vel cenſenſur incluſa in fideicommiſſo vniuerſali, ſed ꝙ imputantur in quartam, quando tempore quo cedit dies fideicommiſſi vniuerſalis non ſunt, vel non cenſentur in ipſo fideicommiſſo comprehenſa iſta regula non poteſt habere dubitationem probabilem, ſed in vtroque membro ē prorſus indubitata, nam cum in computatione Trebell. id quod eſt comprehenſum in legatis & fideicōmiſſis non imputetur heredi in quartam, & id ꝙ eſt ex ſua hereditaria portione, & non eſt comprehenſum in legatis ſeu fideicommiſſis imputetur heredi in quartam l. in quantitate §. pen. & fi. ſ. eod. l. 1. §. ſi heres. j. ad Trebell. Inſt. eod. §. fi. & dictum fuit. ſ. in euidente neceſſario ſequitur vt id quod per heredem accipitur iure heeditario, ex ſua hereditar. portione, cum deducitur in compuratione Trebellianice, vel tamquam comprehenſum in fideicō miſſo, vel tanquam non comprhenſum in fidei commiſſo, & reſeruatum heredi, quod eatenus imputetur in quartam quatenus non erit comprehenſum in fideicommiſſo vniuerſali, & reſeruatum heredi, ſed quatenus erit comprehenſum in fideicommiſſo vniuerſali, nullo modo poſſit in quartam imputari in hac computatione Trebellianice, & quamuis Doct. quos referunt, & ſequitur Im. & Alexan. in l. in fideicōmiſſaria. §. ſ. ad Treb. preſupponant imputari etiam in quartā prelegatum pro ea parte quæ accipitur iure hereditario quamuis intelligat̄ comprehenſum in fideicommiſſo vniuerſali & veniat in reſtitutionē, vt dicitur d. §. fi. eo quia ſecundum eos ſatis dicitur reſtitui dum imputatur in quartam, attamen iſtud eſt omnino falſum & implicat contradictionē, vt cenſeatur incluſum in fideicommiſſo & in reſtitutione fideicommiſſi, & quod imputetur in quartam veluti nō comprehenſum in ipſo fideicommiſſo nec etiam eſt verum, quod dicatur reſtitui dum imputatur ipſo iure in quartam, multum enim intereſt vtrum imputetur in quartam an veniat in reſtitutione fideicommiſſi, quia primo caſu ea res etiam inuito fideicemmiſſario poſſet illud habere pro quarta non autem in ſecundo caſu vt j. declarabitur. Et quia in primo caſu heres retineret illud etiam in eo in quo excedit quartam, ſecus autem in alio caſu, quando reſtituitur deinde quia in primo caſu illud quod imputaretur in quartam prodeſſet omnibus quibus in teſtamento relinquitur cum tamen in ſecundo caſu quando reſtituitur pertineat ſolum ad commodum ipſius fideicommiſſarii, & quod aliud ſit an quid imputet̄ in quartam an veniat in reſtitutione fideicommiſſi preſupponunt alibi Doct. dum volunt quod imputetur in quartam Trebellianicam legatum, quod in totum accipitur à coherede, & tamen clarum & indubitatum eſt, quod non venit in reſtitutione fideicommiſſi d. l. in fideicommiſſaria §. fi. l. ſi Titius ſ. de leg. 3. & licet Doct. exiſtiment, quod in caſu d. l. filium & d. l. Titia & d. §. nummis prelegatum pro portione hereditaria accipiatur iure hereditario non autem iure legati, & propterea arbitrantur, quod in d. ll. ſit caſus pro iſta ſua opinione tamen vt ſtatim dicemus veritas eſt in contrarium. Videlicet quod etiam pro dicta parte dicatur accipi iure legati ſeu fideicommiſſi cum ſit, & intelligatur datum in tempus reſtituende hereditatis & propter hanc rationē imputatur, in quartā.
66 Circa iſtā * regulā ſunt duę principales dubitationes. Prima eſt, quando dicatur accipi iure hereditario id quod heres grauatus reſtitue

re hereditatem accipit ex ſua hereditaria por-
tione. Alia eſt quãdo id ꝙ accipit iure heredita
rio intelligatur eſſe comprehenſum in fideicõ-
miſſo vniuerſali. Circa primam dubitationem
ſunt tres concluſiones indubitate. Prima eſt ꝙ
ea pars hereditariæ portionis quæ non eſt com
prehenſa in fideicommiſſo vniuerſali, & illud
quod reperitur in dicta quota non comprehen
ſa in fideicommiſſo dicitur haberi iure heredi-
tario, exemplam ſi quis grauatus ſit reſtituere
dodrantem hereditatis ſeu ſuæ hereditarie por
tionis, ex qua fuit inſtitutus, quartam partem
dictæ ſue hereditarie portionis dicetur accipe-
re iure hereditario quia ea pars non fuit com-
prehenſa in ipſo fideicommiſſo, Et de hoc non
eſt dubium, ſimiliter dicetur accipi iure heredi
tario ea pars prelegati ſibi facti quæ reperitur
in dicta quarta, vt eſt caſus in d. l. Titia ſupra
eod. Et idem dicendum erit de legatis relictis
ab iſto herede, quæ ſunt effecta caduca vel re-
pudiata ab ipſis legatariis, nam dicentur accipi
iure hereditario pro ea parte pro qua reperiun-
tur in hac quarta hereditarie portionis, quam
non fuit grauatus reſtituere, nam quemadmo-
dum in caſu quo nulla pars ſeu quota heredita
rie portionis eſſet in fideicommiſſo vniuerſali
dicerentur accipi inſolidum iure hereditario,
prout de prelegatis factis heredi eſt caſus in l.
qui filiabus §. fi. & l. ſeq. & l plane §, ſi duobus
& l. legatum eſt. §. primo. ſ. de leg. primo, &
de legatis caducis ſeu repudiatis eſt cauſes in l.
id autem & l. ex aſſe & l. in ratione in princ. ſ.
eod. & dictum fuit. ſ. in quinta regula precce-
dentis articuli de Falcidia, ita etiam dicentur
accipi iure hereditario pro illa parte ſeu quota
hereditarie portionis que non ſit comprehenſa
in fideicommiſſo vbi heres grauatur reſtituere
non totam hereditariam portionem ſed ſolum
partem puta dodrantem l. que de tota ff. de rei
vend. Alia eſt concluſio, quod prelegatum re-
lictum heredi grauato, cuius dies cedit ante-
quam eueniat conditio, vel tempus fideicom-
miſſi vniuerſalis intelligitur accipi iure heredi
tario pro tota hereditaria portione, hanc con-
cluſionem admittunt omnes, & pro illa eſt ca-
ſus in d. l. in fideicommiſſaria §. fi. eſt etiam ra-
tio euidens, quia antequam eueniat conditio,
vel dies fideicommiſſi vniuerſalis prelega-
tum pro illa hereditaria portione non poteſt
videri relictum illi grauato ab alio ſed ſolum
à ſemetipſo, & propterea quod pro dicta parte
ſit inualidum d. l. qui filiabus §. fi. cum aliis con
concordantibus, ita quod permanet in illa here
ditaria portione, & vna cum illa acquiratur
heredi eodem iure hereditario. Tertia conclu-
68 ſio eſt * quod vbi prelegatum heredi gra
uato relinquitur in tempus reſtituende heredi
tatis, vel poſt relictam hereditatem numquam
dicatur accipi iure hereditario ſed iure legati,
etiam pro ea parte quæ accipitur ex heredita-
ria portione. Hanc concluſionem admittunt
omnes in his que relinquuntur ipſi grauato ab
ipſo fideicommiſſario poſt reſtitutam heredita
tem & de his eſt caſus in l. ſi à me. ſ. eodem in l.
ſi patroni §. qui fideicommiſſarium & §. quid
ergo. j. ad Trebell. Sed Doct. non admittunt
predictam concluſionem in illis prelegatis que
heredi grauato relinquuntur in tempus reſti-
tuende hereditatis quia arbitrantur, quod acci
piantur iure hereditario pro hereditaria por-
tione, attamen, vt ſepius ſupra dictum, & pre-
ſuppoſitum fuit predicta concluſio eſt indubi
tata etiam in his prelegatis que grauato heredi
relinquuntur in tempus reſtituende heredita-
tis quia accipiuntur iure legati, non autem iu-
re hereditario & prelegatum dicitur & eſt vali
dum etiam pro illa parte hereditaria, & de hoc
eſt caſus in §. ſi quis vna Inſi. de fideicomm. he-
red. in his verbis, quaſi ex legato ei queſita, &
in l. Lucius §. pluribus, j. ad Trebell. dum tex.
ille vult, quod eo modo quo ex fideicommiſſo
vniuerſali cẽſentur excepta legata relicta gra
uato ita etiam cenſeatur exceptum illud, quod
datur heredi in tempus reſtituende hereditatis
ex hereditaria portione quam grauatur reſti-
tuere eſt etiam caſus in l. acceptis. j. eod. dicitur
enim ibi, quod vbi quis grauatur reſtituere he
reditatem acceptis centum dicatur habere il-
la centum ex mortis cauſa capione & in illis di
catur grauari non vti heres ſed vt quilibet ali
us commodum ſentiens ex teſtamẽto, & quod
per hanc rationem in illis centum ceſſet diſpoſi
tio legis Falcidiæ. Hanc eandem concluſionem
preſupponit tex. in d. l. filium quem & in d. l.
Titia & in d. l. deducta §. nummis, vt in ipſis ll.
fuit annotatum & ratio eſt quia ſicut valet pre
legatum factum heredi vbi hereditas apud eũ
non remanet d. l. qui filiabus §. fi. & l. ſeq. ita
etiam debet valere legatum eidem datum in
tempus reſtituende hereditatis dicetur enim
pertinere nõ ad diminutionẽ hereditatis quæ
apud ipſum heredem debeat permanere ſed il
lius hereditatis, que ad fideicommiſſarium de-
bet peruenire veluti ſi fideicommiſſarius gra-
uatus eſſet eidem heredi dare, accedit quia ſu-
menda eſt illa interpretatio per quam iſtud
legatum factum heredi ſuſtineatur argumento
l. quoties. ſ. de reb. dub. & ideo interpretandũ
quod ſit relictum ab ipſo fideicommiſſario vni
uerſali non autem à ſemetipſo herede attento
quod ab ipſo fideicommiſſario vniuerſali po-
teſt relinqui fideicommiſſum non minus ipſi
heredi, quam alteri extraneo d. l. ſi patroni §.
qui fideicommiſſarium & §. quid ergo, nec ob-
ſtat tex. in d. l. in fideicõmiſſariam §. fi. ex quo
tex. ille non poteſt intelligi de prelegato dato
heredi in tempus reſtituende hereditatis ſed de
eo, quod datur antequam exiſtat conditio, vel

tempus reſtituende hereditatis & hoc propter
duo, primo quia loquitur quando prelegatum
dicitur relictum heredi grauato à ſemetipſo, ꝙ
non poteſt contingere in prelegato dato in tē-
pus reſtituende hereditatis, vt ſtatim dictū fuit
& quia vult quod illud prelegatum veniat in
reſtitutionem fideicommiſſi, quod non poteſt
contingere in prelegato quod datur in tempus
reſtituende hereditatis quia illud non venit in
reſtitutionem fideicommiſſi ſed omnino impu
tatur in quartam, vt dictum fuit. ſ. in ſexta re-
gula. Iuxta tamen predictas concluſiones eſt
68 vna dubitatio * quid in caſu quo pre-
legatum datum ſit heredi grauato, antequam
exiſtat conditio, vel tempus reſtituende heredi
tatis, & fideicommiſſum vniuerſale per quod
heres grauatur reſtituere hereditatem ſit & in
telligatur relictum cum illa clauſula, in omni-
bus aliis bonis &c. an pro ea portione heredi-
taria dicatur accipi iure hereditario an iure le-
gati. Pro opiniōe, quod dicatur accipi iure he
reditario facit, quia datum fuit antequam eue-
niat conditio, ſeu tempus reſtituende heredita-
tis d. l. in fideicommiſſaria §. fi. & dictum fuit,
ſ. in precedēti concluſione. Pro alia opiniōe, ꝙ
dicatur accipi iure legati facit quia iſtud prele
gatum etiam pro portione hereditaria non in
cluditur in reſtitutione fideicommiſſi, ſed solū
imputatur in quartam Bar. in l. ſi quis ſeruo §.
fi. ſ. de leg. tertio Bal. in l. conuenticulam C. de
Epiſc. & Cler. Ful. con. 100. Quidam d. Dec.
conſ. 175. in 3. Iaſ. Conſ. 575. Par. conſ. 63. in
terzo & 79. in ſecundo. Reſolutio tamē huius
ē ꝙ dictū prelegatum vno tēpore dicatur acci
pi iure hereditario, videlicet ante tempus reſti
tuende hereditatis, ſed in alio tempore reſtituē
de hereditatis, dicitur accipi iure legati, nam
ſciendum eſt, quod iſtud prelegatum pro por-
tione hereditaria in caſu propoſito dicitur da-
tum ſeu relictum ipſi grauato. Primo antequā
reſtituatur hereditas qua fuit & eſt purum & fi
deicommiſſum vniuerſale ad tempus, vel ſub
conditione. Secundo dicitur datum tempore
quo cedit dies fideicommiſſi vniuerſalis, nam
dum dixit teſtator. In omnibus autem aliis bo
nis &c. ex illa dictione aliis, vel alia conſi-
mili colligitur quod voluit ex hereditate reſti
tuenda illi fideicommiſſario deducere & exci-
pere rem prelegatam illi heredi grauato perin
de ac ſi dixiſſet, excepta, vel deduta re prelega
ta reſtituas hereditatem, & ideo tempore reſti-
tuendę hereditatis incipit habere iure legati ve
luti datum ſeu relictum etiam in dictum tem-
pus & propter hanc rationem, non includitur
in reſtitutione fideicommiſſi, ſed imputatur in
69 quartam. Quantum vero ad ſecundum *
videlicet quādo id ꝙ accipit iure herditar. ſit
& intelligatur comprehenſum in fideicommiſ-
ſo vniuerſali, non poteſt eſſe difficultas quoniā
clarum eſt, quod vbi fideicōmiſſum ſit vniuer-
ſaliter, vel indefinite factum de hereditate, vel
portione heredigraria grauati. Tunc omnino in
eo fideicommiſſo dicetur comprehenſum om-
ne id quod iure hereditario accipitur per gra-
uatum, quia cum iſtud, quod accipitur iure he
reditario ſit reſeruatum in hereditate, & fidei-
commiſſum ſit de omni eo quod in hereditate
continetur, ſequitur, quod omnino dicatur &
ſit comprehenſum in ipſo fideicommiſſo, vbi
vero fideicommiſſum vniuerſale ſit limitatum
ad aliquam quotam hereditatis ſeu portionis
hereditarie illius grauati prout quando heres
grauatur reſtituere dimidium, vel dodrantem
hereditatis clarum eſt, quod iſtud quod accipi
tur iure hereditario pro illa parte hereditatis
quæ eſt reſtituenda fideicommiſſario dicetur
eſſe comprehenſa in fideicommiſſo, & veniat
in reſtitutione, pro ea vero parte quæ non eſt
reſtituenda fideicommiſſario, ſed debet remane
re apud heredem grauatum non dicetur com-
prehenſum in fideicommiſſo & iſtud non pōt
habere dubitationem, quoniam vltra quod pa
tet ad ſenſum, de hoc etiam eſt caſus in d. l. in
fideicommiſſaria §. fi. iuncta d. l. Titia & aduer
te quia in caſu iſto, quando fideicommiſſum
fuit limitatum ad aliquam quotam hereditatis
ſeu hereditarie portionis illius grauati, tunc
quantum ad prelegatum, quod accipitur iure
hereditario, non ageretur de imputatione in
quartam in computatiōe Trebellianice quoad
effectum, vt impediatur, ne quarte deducatur,
ex fideicommiſſo vniuerſali, ſed ſolum tracta-
retur de imputatione quo ad effectum vt co-
gnoſcatur quantum ſit & intelligatur reſerua
tum in hereditate diuidenda inter heredem, &
fideicommiſſarium, vt dictum fuit circa intelle
ctum d. l. Titia ſupra eodem.
NONA regula * eſt de fructibus qui
70 percipiuntur per heredem grauatum ex teſtan
tis iudicio in quibus concluditur illos regulari
ter eſſe imputandos in quartam in computa-
tione Falcidiæ, ſeu Trebellianicæ de qua con-
cluſione ſunt iura aperta in l. mulier §. ſi heres
in l. in fideicommiſſaria primo reſponſo. ſ. ad
Treb. in l. quod de bonis §. fructus. in l. in quan
titate §. ſi in diem in l. qui quadringenta §. fi. ſ.
eod. Hæc concluſio includit duo. Primum ꝙ
fructus iſti deducunē in computatione in ratio
ne Falcidiæ, ſeu Treblelianice ſub ratione pa-
trimonii teſtatoris, nam non poſſent imputari
in quartam in dicta computatione, niſi deduce
renē ſub ratione patrimonii teſtatoris in dictā
computationē quia in hac computatione ſolū
habetur ratio eius patrimonii, quod extabat
tempore mortis teſtatoris l. in quantitate in
principio ſupra eod. & Inſt. eod. §. quantitas, al
terum, quod in ipſa computatione imputantur
heredi in quartam. Ratio primi eſt quia eſtima

tio retum pro parte attribuitur ipſius corpori
bus hereditatis, pro parte attribuitur ipſis fru
ctibus ita vt in legatis & fideicommisſis non di
catur eſſe integra eſtimatio rei legate, ſed tan
to minus quantum ſit in eſtimatione fructuum
qui ex teſtantis iuditio percipiuntur pro here
dem grauatum, vt dicitur in d. l. in quantitate
§. ſi in diem in l. circa & l. qui quadringenta §.
finali, ſupra eodem. Ratio autem ſecundi eſt,
quia cum ea pars eſtimationis patrimonii quæ
attribuitur fructibus non poſsit imputari lega
tis ſeu fideicommisſis ex quo fructus non ſunt
in illis comprehenſi, quod ideo omnino in d.
computatione debeant heredi in quartam im-
putari. Et aduerte quia licet, reuera fructus per
cipiantur per heredem iure dominii, vt preſup
ponit tex. in d. l. in fideicommiſſaria. §. pri-
mo attamẽ quoad hanc imputationem in quar
tam ſeu computationẽ in ratione Falcidie ſeu
Trebellianieæ dicuntur haberi velati pars pa-
trimonii ſeu hereditatis ipſius teſtatoris, & pro
pterea iure hereditario hoc enim venit in con-
ſequentiã, dum ſub ratione patrimonii dedu-
cuntur in dictam computationẽ, & dum pars
eſtimationis rei ſeu patrimonii illis attribuitur
ex hac ratione infertur quæ ſit ratio quare he-
res debeat habere quartam, & fructus quartæ,
vt dicit tex. in d. l. quod de bonis §. fructus nã
iſtud eſt quia alias non diceretur habere quar-
tam patrimonii niſi etiã haberet fructus ipſius
quartæ, ex quo pars eſtimationis patrimonii
attribuitur fructibus, & fructus cenſentur eſſe
de patrimonio, infertur etiam quod vbi heres
grauatus ẽet reſtituere iſtos fructus perceptos
ex teſtantis iuditio prout poteſt grauari d. l. in
fideicommiſſaria primo reſponſo l. ſi ita pe-
gatus. ĩ. de leg. ſecundo l. in fideicommiſſaria §.
cum polidius. ff. de vſu ꝙ tunc fructus non cõ-
putarentur heredi in quartam ex quo eſſent cõ
prehenſi in fideicommiſſo vniuerſali. In caſu
tamen iſto aliquis poſſet ex fore ſaltem im-
putandos in quartam fructus qui eſſent con-
ſumpti per heredem, & qui non extarent vel
vti imputantur res ſubiectæ fideicommiſſo alie
natæ, per heredem l. Marcellus §. res quæ infra
Treb. & dicetur in ſeq. regula quod tamẽ etiã
non eſt tutum, quia cum fructus cõſiſtant in ge
nere quod non poteſt perire l. incendium C. ſi
cert. pet. recipit functionem in ſuo genere l. 2.
§. primo. ff. ſi cert. pet. idcirco non poſſunt dici
conſumpti facit in argumentum tex. in l. in ra-
tione §. diligenter. ĩ. eod. Dubitatur tamen an
fructus predicti imputentur heredi inuito in
quartam Alexand. in d. l. in fideicommiſſaria
coll. ſecunda, verſic. in glo. prima ibi ideo pu-
tat poſt Im. quem refert, concludit imputan-
dos eſſe heredi etiam inuito nulla habita diſtin
ctione an extent, vel ſint comſumpti ſed Paul.
Caſtr. in l. ita tamen §. heres ex aſſe. j. ad Treb.
Rip. in d. l. in fideicommiſſaria nu. 2. diſtin-
guunt inter conſumptos & extantes fructus
veritas tamen eſt quod vtroque caſu imputan
tur heredi inuito in quartam, quia cum deducã
tur in ratione Falcidie, ſeu Trebellia. ſub ratio
ne patrimonii ipſius teſtatoris, & non ſit com-
prehenſi nec in legatis, nec in fideicommisſis
omnino imputandi ſunt in quartam ipſi heredi
etiã inuito, & faciunt, quod ipſo iure pro quan
titate dictorum fructuum eeſſet diſpoſitio Fal-
cidie, ſeu Trebelliani, circa diminutionem le-
gatorum ſeu fideicommiſſorum vt dicit tex. in
d. l. mulier §. ſi heres in his verbis tunc enim ꝙ 3
precipitur ſummouet Falcidiam, accedit quia ſi
heres non cogeretur habere quartam in ipſis
fructibus ſed poſſet habere in corporibus here
ditariis, ſequeretur, quod haberet etiam ipſos
fructus per eum perceptos ex teſtantis iudicio
vltra quartam quam haberet in corporibus
quoniam illi fructus non ſunt comprehenſi in
fideicommisſis nec veniunt in reſtitutione d. l.
in fideicommiſſaria §. primo cum aliis concor.
quod eſſet maximum abſurdum, preterea illa
diſtinctio inter fructus extantes, & fructus con
ſumptos non videtur poſſe procedere, cum fru
ctus conſiſtant in genere. Et idcirco ſemper di-
ci poteſt quod exiſtant vt ſ. dictum fuit. Predi
cta tamen concluſio non procedit in filiis pri
mi gradus quia iſti fructus percepti ex teſtan-
tis iuditio illis non imputantur in quartam &
quod teſtator iſtud diſponeret, ſed debent ip-
ſi filii omnino habere quartam in corporibus
hereditariis l. iubemus C. ad Treb. adeo quod
licet pater poſſit grauare dictos filios, vt reſti-
tuant hereditatem cum fructibus l. Baliſta. ĩ.
ad Trebell. & ibi Ang. & Alex. not. non tamẽ
poteſt grauare ipſos filios, vt dictos fructus in
quartam imputent, quod prima facie videtur
mirum ſed de ratione differentie quia non per-
tinet ad materiam l. noſtre dicendum eſt vt pro
Doct. in d. l. Iubemus.

72 DECIMA regula eſt * de rebus ſu-
biectis fideicommiſſo alienatis per ipſum here-
dem grauatum pendente conditione fideicom
misſi in quibus omnes Doct. cõueniunt, quod
imputentur in quartam in computatione Tre-
bellianice l. Marcellus §. res quæ j. ad Trebell.
Auc. res quæ C. com. de leg. circa quam regu-
lam ſunt plures dubitationes quas alii non re-
cte reſoluunt. Prima eſt quia in hac concluſio-
ne ſeu regula preſupponitur, quod firma per-
maneat alienatio rerum ſubiectarum fideicom-
miſſo vſque ad quantitatem quarte quæ ſit rõ
huius circa, quod reſpondetur quod ſicut quã
do fideicommiſſum eſſet purum ſeu purifica-
tum non poſſet impedire quin heres grauatus
libere diſponeret de quarta hereditatis ex quo
fideicommiſſum vltra dodrantem eſſet inuali-
dum §. ſed quia heredes Inſt. de fideic. hered.

multo

multo minus debet poſſe impedire quando nõ
dum extitit conditio ipſius fideicommiſſi, cum
igitur heres per huiuſmodi fideicõmiſſum an-
tequam eius conditio exiſtat, non impediatur
quin poſſit de quarta ſua diſponere, nec co-
gitur preſtolari, quod purificetur conditio fi-
deicommiſſi ad diſponẽdum de quarta & prop
ter incommoditatem, & corruptionem patri-
monii non debet aretari addiponendum de
quarta in ſingulis rebus hereditariis. Idcirco
mittitur quod poſſit de quarta ſua diſponere
in vna, vel pluribus rebus hereditatis argumẽ
to l. 3. C. quan. & quib. quar. par. deb. lib. 10.
alia eſt dubitatio, qua ratione iſtę res alienatę
imputenť in quatam in iſta computatione Fal-
cidię ſeu Trebell. ad quod reſpondeť iſtud fieri
quia in ipſa cõputatione Trebell. ſeu Fal. bona
alienata pendente conditione fideicõmiſſi pro
ſumma illius quarte non reperiunť nec ſunt cõ
prehenſa in ipſo fideicõmiſſo, propterea ſequi-
tur, quod ſint omnino in dicta cõputatione in
quartam imputãda, aſſumptum ꝓbať quia cũ
in legato ſeu fideicõmiſſo conditionali non fiat
computatio rationis Falc. ſeu Trebell. niſi poſt
quam ceſſit dies d. legati ſeu fideicõmiſſi, quini
mo antequam cedat dies, ceſſat diſpoſitio legis
Falcidie, ſeu Trebell. circa detractionem quar-
te ex dicto legato, ſeu fideicõmiſſo l. quod de
bonis §. fructus l. in quãtitate §. ſi in diem ĩ. eõ.
& quamuis eueniat poſtea conditio ipſius fidei
commiſſi, attamen, quia permanet firma aliena
tio, & non reſcinditur vſque ad quantitatem
quarte, & bona ipſa alienata permanent adhuc
in dominio emptoris, idcirco ſequiť, quod nul
lo modo tempore quo extitit conditio, & cedit
dies fideicommiſſi, & ſic quando ſit computa-
tio rationis Falcidie dicta bona alienata eẽſe
poſſunt incluſa in fideicõmiſſo, nec in reſtitutio
ne fideicõmiſſi, cum non poſſint per reſtitutio-
nem hereditatis, ſeu fideicõmiſſi transferri in fi
deicõmiſſarium. Conſequentia vero ꝙ ſint im-
putanda in quartã eſt manifeſta quia in quartã
imputantur omnia quę à principio non fuerũt
comprehenſa in legato ſeu fideicõmiſſo, & õia
quæ poſtea deſinunt eſſe in legato, ſeu fideicõ-
miſſo l. id autem cum aliis concord. ĩ. eod. ex
qua ratione ſequitur ꝙ iſta imputatio bonorũ
alienatorũ ſit ipſo iure in quartam in dicta cõ-
putatione Trebell. vt ĩ. dictum fuit, ita ꝙ ope-
reť, vt ceſſet ꝓ quãtitate rei alienate diſpoſitio
legis Fal. ſeu Treb. circa detractionẽ quartę ex
ipſo fideicom. ꝓut eſt de natura huius imputa
tionis quę ſit ipſo iure in quartã in ipſa cõputa
tione vt. j. diceť, nõ autẽ fiet imputatio ope ex
ceptiõis, ſeu cõpenſationis, ꝙ ẽt ꝓbat tex. in d. l.
Marcellus §. res quæ illa. n. verba ꝙ imputenť
in quartam intelliguntur de imputatione in
quartam in computatione Trebellianice. Accę
dit quia ſi per ipſam alienationem eſt detracta
quarta ex fideicõmiſſo vniuerſali ita ꝙ in euen
tum conditionis in fideicõmiſſo non reperiatur
vltra dodrãtem hereditatis neceſſario ceſſabit
diſpoſitio Falcidie, & Trebelliani circa detra-
ctionẽ quartæ quando poſt alienationẽ euenit
conditio fideicommiſſi, & quia in hac ratione
preſupponitur quod per alienationem res deſi
nat eſſe in fideicõmiſſo, quia hoc eſt neceſſariũ
ad hoc, vt poſſit & debeat in cõputatione Tre-
bellianicæ ipſo iure in quartam imputari. Id
73 circo ſuccedit alia tertia dubio. Videlicet *
An & quando per alienationem fiat, ꝙ res alie
nata deſinat ẽe in fideicõmiſſo circa quã dico ꝙ
ſi loquimur in caſu quãdo ante alienationẽ pu
rificata foret conditio fideicom. tunc nõ põt ẽe
dubitatio quia licet fideicomiſſ. ẽet vniuerſale
tamẽ quia quarta ẽet debita heredi in ſingulis
rebus, & iã ipſe res alienata pertinerẽt ad ipſũ
fideicõmiſſa. iure fideicom. ꝓ tribus partibus,
alienatio ꝓ dictis tribus partibus eẽt nulla l. 3.
§. ſed cũ noſtra C. cõ. de leg. & ideo nõ poſſet o
perari ꝙ ꝓdictis tribus partibus res alienate de
ſinãt eſſe in fidecom. ſeu in eius obligatiõe nã
in caſu iſto nõ permictiť heredi ꝙ poſſit diſpo-
nere de quarta ſua in vna re tantũ eũ poſſit de-
uenire ad diuiſionem hereditatis cũ ipſo fideic.
& ideo clarum eſſet, ꝙ ꝓdictis tribus partibus
res alienari non poſſent in p̃dicto caſu, vt etiã
firmat Abb. in c. Rainaldus de teſt. & Rip. hic
nu. 97. quinimo idẽ dicendum eſſet, quãuis alie
natio ĩ caſu predicto ẽet facta de cõſenſu ipſius
fideicõmiſſarii vniuerſalis, qui conſenſiſſet non
ad diminutionem fidecõmiſſi, ſed ad ſolam cau
tionem emptoris, nam cum reſeruaſſet idẽ eius
obligationis cõtra ipſum heredẽ grauatũ, quo
ad omnia quę iure fideicõmiſſi & eius occaſiõe
debenť ꝓpterea res ipſa alienata dicereť eſſe in
obligatione & in fideicomm. & ꝙ heres graua
tus ad eius dationem teneať & ſi illam nõ poſſet
dare, quia eã non poſſet redimere preſtaret eſti
mationẽ ꝙ ẽt p̃ſupponit tex. in l. ſi fundũ per fi
deicõm. in principio de leg. 2. ſi vero loquimur
quando alienatio ſit pendente conditione fidei
cõmiſſi, dico ꝙ res ſubiecta illi fideicõmiſſ. alie
nata pro quantitate quarte que ex illo fideicõ
eſſe deducenda, deſinat ꝓpter dictã alienationẽ
eſſe ĩ fideic. & in obligatiõe ita ꝙ eueniẽte po
ſtea conditione fideicõ. quoad dictam rẽ aliena
tam, nulla diceť cõtrahi obligatio fideicõmiſſi
adeo ꝙ ſi ſit fideicom. rei particularis pendẽte
conditione huius fideic. põt alienari tantum de
dicta re particulari, quãtum eſt quarta que ex
ipſo particulari fideicomm. ẽet detrahenda, &
ſi eẽt fideicõmiſſ. vniuerſale tantum de rebus
ſubiectis ipſi fideicomm. quantum ex ipſo pro
quarta eſſet detrahendum, nam quemadmodũ
per legẽ Falcidiam, ſeu Trebelliani reſtringiť
fideicõmiſſ. particulare, ſeu vniuerſale ad do-
drantẽ, ita vt nõ cõprehẽdat quartã, verũ id ꝙ

deeſt ad ſupplendam quartam detrahitur ita &
occaſione dictę Falcidię, ſeu Trebellianice fidei
commiſſum cōditionale reſtringitur ad dodrā-
tem, ita vt id quod deeſt ad ſupplendum quar-
tam non cenſeatur eſſe in ipſo fideicōmi. Vnde
ſequitur quod res ſubiecta eidem fideicommiſ
ſo pro quantitate quarte que ab illo eſſet detra
henda, alienata pendente conditione dicatur &
ſit omnino exemplum & abdicatum ab ipſo fi
deicomm. vt non poſſit dici amplius in eo com
prehenſum cum ſortiatur vicem & naturā eius
quod pro quarta eſſet detrahendum vt patet
ex predictis, & hic aduerte quia ex rebus ſu-
biectis vni fideicommiſſo non poteſt alienari ni
ſi quantum pro quarta ex illo fideicommiſſo eſ
ſet detrahendum nō autem poteſt alienari pro
quarta, que ex alio fideicommiſſo eſſet detrahē
da, nam alienatio hoc ſolum operatur, vt in re
alienata heres dicatur habere quartam, quæ ex
illo fideicommiſſo eſſet deducenda, non autem
quod ex illo fideicommiſſo poſſit deduci, id ꝙ
ex alio fideicommiſſo eſſet detrahendum, adeo
quod ſi ſit fideicommiſſ. vnius rei particularis
ſit etiam vniuerſale fideicommiſſum nō poteſt
heres ex rebus ſubiectis fideicommiſſo particu
lari alienare aliquid pro quarta deducenda ex
vniuerſali, nec econtra ex rebus ſubiectis fidei
commiſſo vniuerſali alienare pro quarta dedu
cenda ex fideicommiſſo particulari. Hinc fit ꝙ
ex re alienari prohibita etiam in caſu quo ex
ipſa poſſet deduci quarta, non tamen poſſe alie
nari niſi tantum quantum poſſet pro quarta de
duci ex illo fideicommiſſo relicto in caſu aliena
tionis, & ſimiliter in re alicui particulariter reli
cta. Quarta dubitatio eſt an predicta concluſio
74 ſeu regula procedat * in rebus alienatis
per grauatum heredem malitioſe, & in fraudē
Doct. concludunt dictas res non imputari in
quartam, ſed quod fideicommiſſarii poterunt
iſtas res in fraudē alienatas reuocare per actio-
nem in factū, prout reuocantur alienata in frau
dem creditorum l. 1. & per totum Tit. ff. que in
frau. cred. ita in ſpecies Ang. & Alle. hic quos
refert, & ſequitur Rip. nu. 98. Ego vero cōclu-
do quod omnino res iſte alienate imputande
ſunt in quartam quamuis malitioſe & in frau-
dem fuerint alienatæ, ex quo propter hāc frau
dem alienatio nō reuocaē ipſo iure vnde fit ꝙ
tempore quo cedit dies fideicōmiſſi vniuerſa-
lis & venit tempus reſtitutionis fideicommiſſi
res ipſa alienata non reperiaē in hereditate, ſed
permaneat in dominio emptoris, & propterea
ꝙ nō poſſit in reſtitutione hereditatis transfer-
ri in fideicōmiſſar. vna cum hereditate. Et conſe
quenter ꝙ omnino debeat in quartā imputari,
quinimo eſſet preiudicium fideicommiſſarii, ſi
non imputaretur in quartam, attēto ꝙ in reſti-
tutione hereditatis nō potuit res alienata in eū
trāsferri. Cōcludo tamē ꝙ per aliā viā ſuccurrē
dū erit fideicōmiſſario aduerſus hanc alienatio
nem factam in eius fraudem, vt pretendat do-
drantem hereditatis ſibi nō fuiſſe reſtitū ex eo
quia propter incommodam diuiſionem quarte
remanentia bona ſine in eſtimatione deteriora-
ta, vt non aſcendant ad valorem dodrantis he-
reditatis, & ſub iſto pretextu poterit fideicom-
miſſarius vendicare tantum ex bonis alienatis
quantum deeſt ad ſupplementum dodrantis,
vel agere aduerſus heredem grauatum tamquā
ſibi non fuerit reſtitutum integrum fideicom-
miſſum l. debitor §. 1. ſ. ad Trebell. Not. in l.
Meuius §. in fundo ſ. de leg. primo, & in l. hu-
iuſmodi §. ſi edes ſ. de leg. primo. Quinta eſt du
75 bitatio an predicta concluſio * quod res
alienatę imputentur in quartam procedat in
caſu quo heres grauatus poſſet habere, vel ha-
buiſſet quartā in fructibus perceptis teſtātis iu
dicio, quæ dubitatio habet duos caſus, prim.
eſt, quando fructus percepti ante alienationem
ſupplent quartam, alius eſt, quando heres antē
alienationem non percipiſſet fructus, qui ſup-
plerent quartam, ſed ſolum eos perciperet poſt
alienationem, in primo caſu Bar. & alii conclu
dunt, res alienatas non eſſe imputandas in quar
tam, & iſta opinio, eſt vera & indubitata, nam
cum fructus percepti ſuppleant quartam ap-
paret, quod fideicommiſſum non excedit do-
drantem hereditatis ſeu patrimonii, & per con
ſequens, quod ī huiuſmodi fideicōmiſſo ceſſat
diſpoſitio Trebelliani. circa detractionē quar-
te quinimo cum hi fructus deducantur in com
putatione in ratione Trebell. ſub ratione patri
monii, & nō ſint comprehenſi in fideicommiſſo
cogetur heres habere omnino, quartam in his
fructibus quoniam ſi in his fructibus, quarta di
citur ſibi reſeruata cum non ſint cōprehenſi in
fideicommiſſo nullomodo quarta poteſt ſibi de
beri in rebus comprehenſi in ipſo fideicōmiſſo
vt dictum fuit ſupra in precedenti regula. Eſt
verum quod Rip. & Pic. hic contradicunt
per illam rationem, quod emptores deberent
eſſe ſecuri, attento quod ipſi exiſtimabant
heredes poſſe alienare bona ſubiecta fideicom
miſſo vſque ad quartam, quæ ratio parum vr-
get ex quo bona fides & opinio emptoris non
prodeſt ad conualidendam alienationem bo-
norum ſubiectorum fideicommiſſo, nec ad
eorum preſcriptionem, vt not. in l. tertia §. pri
mo C. com. de legat. In ſeuundo caſu videtur
maior dubitatio idem tamen concludendum
exiſtimo quia ex poſt facto apparebit, quod
computatis dictis fructibus in cōputatione in
ratione Trebll. fideicommiſſum non excedit
dodrantē patrimonii & ꝑpterea ꝙ in corpori-
bus hereditariis comprehenſis in fideicommiſ-
ſo, ceſſat diſpoſitio legis Falc. ſeu Treb. circa di
minutionem fideicommiſſi. Et ꝑpterea ꝙ ꝓ di
cta quarta nulla poſſit fieri alienatio. Sexta eſt

76 dubitatio * an res alienatę imputentur in
quartam, vbi heres redemiſſet ipſas res aliena-
sas in qua dubitatione ſunt opiniões nã Ang.
Im. Alex. & Soc. in d. §. res quę. Ang. Alex. &
Pic. hic tenent q̃ ẽt imputabuntur in quartam
moti quia per huiuſmodi redẽptionẽ res quæ
fuerat alienata non põt reponi in priſtinum ſta
sum vt cenſeri posſit eſſe in hereditate ſeu in fi
deicommiſſ. de ipſa hereditate l. ſi a me, & q̃ ibi
Bart. not. ĩ eod. & quia talis redemptio non de
bet poſſe auferre iſtud ius imputationis queſi-
tum fideicommiſſ. ex dicta alienatione, ſicut nõ
aufertur dolus commiſſus per alienationes l. 1.
§. ſi rem ff. dep. nec etiam aufertur pena caduci
tatis Iaſ. in l. 2. C. de iur. emph. Curt. Conſ. 74
colum. fi. Dec. conſ. 160. & quia heres non de-
bet poſſe mutare voluntatem in preiudicium
huius iuris queſiti fideicommiſſario c. mutare
de reg. iu. in ver. Contrarium concludunt Im.
& Rom. hic idem Rom. in d. §. res quę, moti per
textum in l. ſi fundum per fideicõmiſſum ſupra
de leg. primo, & quia heres debes poſſe mutare
voluntatem cum fideicommiſſarius non pre-
sendat aliquod intereſſe probabile l. ſi pecu-
niam in princ. ff. de cond. ob cau. & not. in d. c.
mutare quemadmodũ dicimus eſſe promiſſam
purgationem morę quando non intereſt aduer
ſarii l. & ſi poſt res ff. ſi quis caut. not. in l. ſi inſu
lam ff. de verb. oblig. Reſolutio preſentis dubi
77 tatis conſiſtit in eo * an res alienata non ob-
ſtãtem alienatione permanear ſubiecta fideicõ
miſſo & in obligatiõe ita quod ſequuta redem
ptione posſit dici repoſita in fideicommiſſo, &
in obligatione, nam ſi preſupponimus, quod
permanſerit in fideicommiſſo, & in obligatio-
ne nulla põt eſſe duobus, quin posſit ſolui fidei
cõmiſſario, & quin veniat in reſtitutiõe adeo
vt nõ debeat ipſo iure in quartam imputari &
in iſtis terminis loquitur, & procedit tex. in d.
l. ſi fundum per fideicommiſſum, nam in caſu
illius tex. fundus fuerat in ſpecie relictus per fi
deicommiſſum permanſit in fideicommiſſo, &
obligatione non obſtant alienatione, & ideo
quando poſt alienationem redimitur poteſt
ſolui illi fideicommiſſario. Hinc videmus
quod in caſu d. l. penul. §. ſi rem ff. dep. quia
per alienationem rei depoſitę non tollit obliga
tio reſtituendi rem depoſitam. Verum dicta
obligatio permanet adhuc poſt alienationem
ex quo remanet in dominio ipſius deponentis.
Idcirco depoſitarius liberatur reſtituendo rem
Ipſam l. ſequit §. labeo ff. de vſuc. quamuis non
sollatur obligatio doli inducta propter ipſam
alienationem, vt dicitur in d. §. ſi rem. Si vero
preſupponimus quod res alienata non perman
ſerit in fideicõmiſſo ſeu obligatiõe poſt ipſam
alienationem cõcludendum erit, quod omnino
ſit in quartam imputanda, & quod non veniat
in reſtitutiõe hereditatis ſeu fideicom. Rõ quia
poſt redemptionem eadem res non dicetur eſſe
apud heredẽ iure hereditatis prout prius erat
antequã alienaretur, ſed titulo emptionis, vel
alio ſimili, & quia dicta res permanebit ypo h-
shecata creditoribus illius in quem per heredẽ
facta fuerat alienatio, & â quo poſtea idem he-
res redemit, & quia cum iam per alienationem
dicta res deſiit eſſe in cauſa hereditatis & fidei-
commisſi non poteſt heres illam reponere in di
cta cauſa fideicõmisſi & hereditatis cum illud
non pendeat ex facultate heredis, ſed ex legis
poteſtate, & in iſtis ratiõibus fundatur deciſio
d. l. ſi â me, & quod ibi not. ĩ. eod. pro quo etiã
facit tex. in d. l. Marcellus §. res dum generali-
ser concludit res alienatas imputandas eſſet ip
ſo iure in quartam nulla habita diſtinctione an
ſins vel nõ ſint per heredem redempte, & apud
eum reperiantur tempore imputationis. Nec
obſtat, quod dicitur in contrarium, quoniam
nõ eſt verum q̃ in caſu iſto heres posſit mutare
volunsatẽ quoad iſtum effectum imputationis
in quartam, tum quia hic effectus non pendet
ab eius poteſtate, ſeu volũtate. Sed ex mera iu
ris diſpoſitione, tum quia licet pẽderet ab eius
voluntate attamen nõ liceret eidẽ mutarẽ volũ
tatem quia agit̃ de intereſſe fideicommiſſarii
nam vltra intereſſe quod conſiderant Alex. &
alii ratione huius iuris imputationis queſiti ip
ſi fideicõmiſſario, eſt iſtud aliud intereſſe quia
res redempta permaneret hypoteca credi-
toribus illius emptioris in quem heres prius il
lam rem alienaſſet. Ex predictis ſequitur quod
res ſubiecta fideicommiſſo conditionali, cum
alienatur pro quantitate quarte quę ex illo ve
nit detrahenda deſinat eſſe in fideicommiſſo &
in obligatione vt. ĩ. dictum fuit, quod omnino
in quartam imputabitur, & in his terminis pro
cedat concluſio comunis, ſequitur etiam quod
in eo in quo res alienata excedit quartam quæ
ex illo fideicommiſſo eſſet deducenda quia per
talem alienationem non deſinit eſſe in obliga-
sione, vt. ĩ. dicsum fuit, non poſſet, nec deberet
in quartam imputari quæ ex aliis relictis, ſeu fi
deicommisſis eſſet detrahenda & in iſtis termi-
nis procedit alia opinio. Cum. n. ſit & dicatur
adhuc comprehenſa in fideicomm. nullo mõ in
computatione Trebell. poſſes in quartã impu-
sari, & predicta concluſio, quod res alienata vſ
que ad quartam in illã ipſo iure ſit imputanda
nõ obſtãte q̃ poſtea ſis redẽpta, procedit etiam
quamuis redimatur ante euentũ conditionis fi
deicommiſſ ex quo cum propter alienationem
res ipſa deſierit eſſe in cauſa fideicommisſi, &
hereditatis, & non posſit per redemptionem
reponi in priſtinum ſtatum fideicommiſſi, vt
ſupra dictum fuit ita quod non posſit dici am-
plius comprehenſa in fideicommiſſo nec quod
veniat in eius reſtitutione, ſequitur, quod
omnino in quartam ipſo iure imputanda.

Eſt verum quod Soc. in d. § res & Rip. hic nu.
107. in hoc vltimo tenuerunt contrarium. Vi-
delicet, quod heres in caſu iſto non cogatur im
putare ſibi in quartam has res alienatas mori,
quia ante euentum conditionis fideicommisſi
non potuit eſſe queſitum fideicōmiſſario iſtud
ius imputationis, & quod ante euentum con-
ditionis non potuit heres grauatus eligere
quartam ſuam in his rebus alienatis l. optione
ſ. de opt. leg. Sed non bene dicunt, & rationes
ſuæ nihil faciunt quia & ſi diſpoſitio legis Fal-
cidiæ & Trebell. Circa detractionem quartæ
incipiat habere locum ſolum quādo cedit dies
fideicommisſi l. quod de bonis §. fructus l. in
quantitate §. ſi in diem ſ. eod. attamen pretextu
d. Falcidie que venit inducenda tempore quo
cedit dies fideicommisſi, reſultat quod penden
te conditione in cauſa fideicommisſi vniuerſa-
lis ſit ſolum dodrans hereditatis, non enim ſi-
fideicommiſſum conditionale debet poſſe impe
dire quo minus quarta patrimonii illius de-
functi libere tranſeat in dominium heredis, cū
iſtud non posſit impediri per fideicommiſſum
purum ſeu purificatum adeo, quod heredi eſt
queſitum ius quoad hanc quartam etiam ꝙ nō
dum exiterit conditio fideicommisſi quaſi ꝙ
dicta quarta non ſit ſubiecta, nec quod ſubiici
posſit fideicommiſſo & quod heres habeat ius
eligendi quartam in rebus alienatis, & quam-
uis ius iſtud imputationis in quartam non poſ
ſit dici queſitum fideicommiſſario, ante imple-
tam conditionem fideicommisſi hoc tamen nō
refert quia redemptio, rei alienatæ non poteſt
impedire quin acquiratur iſtud ius fideicom-
miſſario exiſtente conditione fideicommisſi,
attento, quod redemptio non poteſt operari ꝙ
res ipſa redempta reponatur in priſtinum ſta-
tum hereditatis, & fideicommisſi, vt ſ. dictum
fuit. Vltra predicta aduertendum eſt, ꝙ huius
modi concluſio ſeu regula de imputatione re-
rum quæ ſunt alienate non poteſt procedere in
rebus quæ eſſent alienatæ poſtquam extitit cō
ditio, fideicommisſi, & eius dies ceſſit, vt etiam
dicit Abb. in c. Rainaldus de teſt. & Rip. hic
nu. 97. & ſ. dictum fuit.

CIRCA aliam queſtionē videlicet an fiat
eodem modo imputatio ipſo iure in quartam
quoad legata patricularia prout quoad fidei-
commiſſum vniuerſale, quādo heres reperitur
grauatus legatis particularibus & etiam fidei-
commiſſo vniuerſali, & quarta non ſolum de-
ducitur ex fideicommiſſo vniuerſali ſed etiam
ex legatis particularibus l. Marcellus §. idem
Pomponius l. ita tamen §. heres ex aſſe. ĵ. ad Tre
bell. Circa hanc queſtionem poſtpoſitis quę di
78 xerunt Bar. & alii. Concluditur quod * in
computatione in ratione Falcidie ſeu Trebell.
eodem modo fiet imputatio in quartam quoad
legata particularia, prout quoad fideicommiſ
ſum vniuerſale & econtra. Et iſta concluſio nō
poteſt habere dubitationem, quia ſi loquimur
de his quæ heres accipit iure hereditario vtiꝗ
ſeruanda eſt illa concluſio. ſ. firmata in octa-
ua regula precedentis queſtiōis de his que acci
piuntur iure hereditario, vt videlicet non im-
putentur in quartam, nec quoad legata parti-
cularia nec quo ad fideicommiſſum vniuerſale
quando ſunt vel cenſentur incluſa in fideicom-
miſſo vniuerſali, ſed imputari in quartam, quā
do tempore quo cedit dies fideicommisſi vni-
uerſalis, non ſunt nec cenſentur incluſa in fidei
commiſſo vniuerſali, non enim poteſt imputa-
ri ipſo iure in quartam in computatione Falci
diæ quoad legata particularia id ꝙ heres ac-
cipit iure hereditario, quando eſt & cenſetur
incluſum & comprehenſum in fideicommiſſo
vniuerſali quia non poteſt imputari in quartā
in dicta computatione id quod eſt comprehen
ſum in legatis, & fideicommisſis l. in quantita-
te §. ſi. ſ. eo. l. 1. §. ſi heres. ĵ. ad Trebell. §. ſi. Inſt.
eod. & dictum fuit. ſ. in octaua regula precedē
tis queſtionis id autem quod dicitur in princ. l.
noſtre imputari in quartam quam per legem
Falcidiam heres debet habere id quod accipit
iure hereditario, intelligitur quando illud, ꝙ
accipit iure hereditario non eſt cōprehenſum,
nec incluſum in aliquo legato, vel fideicommiſ
ſo, ſi etiam loquimur de eo, quod accipitur iu-
re legati, vel fideicommisſi, vel conditionis im
portate per duos ablatiuos abſolutos in tem-
pus reſtituende hereditatis ex illa hereditaria
portione quam grauatur reſtituere, idem dicē
dum eſt quia ſicut iſta imputantur in quartam
quoad fideicommiſſum vniuerſale in dicta cō-
putatione, vt dictum fuit. ſ. in ſexta regula q.
precedentis, ita etiam imputantur quoad lega
ta particularia, hoc preſupponit tex. noſter in
verſic. ſed in fideicommiſſaria hereditate dum
ſimpliciter & abſolute concludit imputari in
quartā legatum, vel fideicommiſſum datum in
tempus reſtituende hereditatis nulla habita di
ſtinctione imputationis quoad legata particu-
laria, & imputationis quoad fideicommiſſum
vniuerſale, quod etiam apertius preſupponit
in verſic ſi. dum enim in eo dicitur ſi quid vero
implendę conditionis cauſa heres accipit lega-
tariis in computatione Falcidię non prodeſſe
preſupponitur quod in caſibus precedentibus
imputatio fiat non ſolum ad commodum fidei
commiſſarii vniuerſalis ſed etiam legatariorū
particularium, quinimo ſi recte intueamur dif
ferentia quam conſtituit tex. noſter non eſt in-
ter quartam deducendam ex legatis particula
ribus, & quartam deducendā ex fideicommiſ-
ſo vniuerſali ſed ſolum inter legata, vel fidei-
commiſſa quæ dantur heredi in tempus reſti-
tuende hereditatis quia iſta omnino imputant
& ea que non dantur in tempus reſtituende he

reditatis

reditatis quia hæc nullo modo imputantur, & ratio eſt euidens quia iſtud quod iure legati, vel fideicommiſſi, vel conditionis importate per ablatiuos abſolutos ex hereditaria portione relinquitur heredi in tempus reſtituende hereditatis non eſt comprehenſum in fideicommiſſo vniuerſali, nec in aliis legatis igitur eſt imputandum in quartam etiam quoad legata particularia quia in computatione in ratione Falcidie, ſeu Trebell. in quartam imputatur id omne ꝙ accipit heres ex ſua hereditaria portione non comprehenſum in legatis ſeu fideicõmiſſis quibus grauatur heres d. l. in quantitate §. ſi. cum aliis concor. Accedit quia cum in computatione in ratione Falcidie fideicommiſſum vniuerſale reducatur ad intellectũ legati particularis, vt inuicem legata cum fideicommiſſo contribuanter ad cognoſcendum in quantum ſimul iuncta excedant dodrantem hereditatis, & quantumcuique ipſorum cenſeatur relictũ, quantunque ab vnoquoque ipſorum pro ſua rata Falcidie ſit detrahendum l. 1. in fi. l. Marcellus in princ. ſ. ad Trebell. ſequitur, quod omnino iſta quæ relinquuntur heredi ex ſua hereditaria portione in tempus reſtituende hereditatis imputentur in quartam etiam quoad legata particularia quia faciunt quod heres in minus videatur grauatus, & quod tanto minus deſit ad ſupplẽdam quartam §. ſi quis vna Inſt. de fid. hered. & dictum fuit ſ. in ſexta regula. Et hoc etiam eſt de mente omnium Doct. dum dicunt, quod accipiuntur iure hereditario iſta que capit heres ex ſua hereditaria portione in tempus reſtituende hereditatis, nam in hoc videntur preſupponere imputari in quartam etiam quoad legata particularia, ſi etiam loquimur de fructibus perceptis teſtantis iudicio clarum eſt, quod imputantur in quartam non minus quoad legata particularia quam quoad fideicommiſſum vniuerſale l. Mulier. §. ſi heres l. ita tamen §. heres ex aſſe l. in fideicommiſſaria primo reſponſo. ſ. eod. l. quod de bonis §. fructus cum aliis concor. ſ. eod. Idem etiam in rebus ſubiectis legatis, vel fideicommiſſis conditionalibus alienatis quia imputanẽ in quarta ſic reſpectu legatorũ prout fideicommiſſi vniuerſalis iuxta ea que dicta ſunt. ſ. circa vltimã regulam precedentis queſtionis, ſi vero loquimur de his que accipit heres iure legati, vel fideicommiſſi, vel conditionis à coherede, vel legatario, vel de his quæ accipit ab ipſo fideicõmiſſario vniuerſali cauſa ſimplicis conditionis aut iure legati ſeu fideicommiſſi in aliud tempus quam reſtituẽde hereditatis que etiam nullo modo poſſent in computatione Trebell. ipſo iure imputari in quartam reſpectu fideicommiſſi vniuerſalis, vt latius dictum fuit, ſ. in precedenti queſtione clarum etiam eſt quod nullo modo in dicta computatione poterunt imputari in quartam quoad ipſa legata particularia, vt latius dictum fuit. ſ. in articulo imputationis in quartam Falcidiam, ſolum igitur põt eſſe dubitatio an ope exceptionis predicta ſint alio modo imputanda in quartam quoad fideicõmiſſum vniuerſale quam quo ad legata particularia, ſed tamen idem dicendum eſt, in vtroque caſu, vt videlicet ſolum imputentur ad cõmodum dantis non autem ad commodum aliorum, vt dictum fuit ſupra in precedenti articulo imputationis in Falcidiã & dicetur. j. in ſeq. ſpecie imputationis in Trebellianicam. Quo autem ad ea quæ Barto. & Doct. dicunt circa prepoſitam queſtionem aduertendum eſt, quia dum concludunt, quod in caſu huius queſtionis quoad fideicommiſſum vniuerſale imputabuntur omnia que accipit heres ex iudicio defuncti, ſed hoc non proderit legatariis, vt minor quarta ab illis detrahanẽ, ſed ſolum quoad hoc, vt à fideicommiſſario quarta detracta videatur, preſupponunt plura, que tamen pro maiori parte ſunt falſa. Nam primo preſupponunt non imputari ipſo iure in quartam in cõputatione Trebell. Sed ſolum ope exceptionis illud, quod heres grauatus accipit iure legati, vel fideicommiſſi, vel ſimplicis conditionis, ſiue à fideicommiſſario vniuerſali ſiue à coherede, ſiue a legatario particulari, nam iſtud ꝙ imputetur ſolum ad cõmodum fideicommiſſarii vniuerſalis, non autem ad commodum legatariorum non poteſt pertinere ad illam ſpeciem imputationis que ſit ipſo iure in quartam in cõputatione Trebell. quia illa prodeſt omnibus, vt dicetur. j. in ſeq. queſtione ſed ſolum ad illã ſpeciem imputationis que ſit ope exceptionis veluti per viam ſolutionis, ſeu compenſationis, & in quantum videntur preſupponere, quod non imputantur ipſo iure in quartam in computatione Trebellia. conueniunt cum his que ſupra dicta ſunt in tex. & latius in precedenti queſtione. Hoc tamen non procedit in his que iure legati, vel fideicommiſſi vel conditionis importate per ablatiuos abſolutos accipit heres grauatus in tempus reſtituende hereditatis ex ſua hereditaria portione quia, vt ſepius ſupra dictum fuit imputantur ipſo iure in quartam etiam ad commodum legatariorum. In quantum vero preſupponunt predicta imputari in quartam ad commodum fideicõmiſſarii vniuerſalis male dicũt quia vt. j. dicemus in ea ſpecie imputationis in quartam Trebell. que non ſit ipſo iure in computatione Trebel. Sed dum agitur de compenſatione cum eo ꝙ per authoritatẽ Trebelliani detrahitur ex fideicommiſſo vniuerſali dicta imputatio procedit ſolum ad commodum dantis, nõ autem ad commodum aliorum, & quoad iſtam ſpeciem imputationis nulla eſt differentia inter vnã, & aliam quartam & eodem modo ſit quoad fidei

cômiſſum vniuerſale prour quoad legata parti
cularia, videlicee ſolum ad commodum dantis
non autem quoad commodum aliorum.

Quo autem ad teetiam queſtionẽ videlicet
quis ſit effectus huius imputationis ipſo iure ĩ
quartam Trebellianicam in cõputatione Tre-
79 bell. concludendum eſt * quod reſultant
idemmet affectus qui cauſantur ex illa imputa
tione que fit ipſo iure in quartam in computa-
tione Falcidie, quando exiſtunt ſolum legata
particularia abſque vllo fideicommiſſo vni-
uerſali nam primo reſultat, iſte effectus, quod
cenſebitur eſſe de patrimonio, & portione here
ditaria illius grauati, id quod in d. computa-
tione venit ipſo iure imputandum in Trebell.
quia cum in computatione in ratione Trebel-
lianice, non deducatur niſi id quod continetur
in patrimonio defuncti, & in hereditaria por-
tione illius grauati l. in quantitate in principio
l. ĩ ſingulis ſ. eod. cũ aliis concord. & ſepius ſu
pra dictum fuit neceſſe eſt quod ad effectum ve
in d. computatione aliquid poſſit in quartam
imputari cenſeatur eſſe de patrimonio defun-
cti & hereditaria portione illius grauati hinc
eſt quod ad effectum vt legatum pecunie reli-
ctum grauato in tempus reſtituende heredita-
tis imputetur inſolidum in quartam, cenſetur
ex toto accipi ex hereditaria portione, vt dicit
in l. deducta §. Nummis. j. ad Trebell. in l. cum
pater in princ. ſ. de leg. 2. & ſimiliter legatum
corporis hereditarii datum in idem tempus re-
ſtituende hereditatis non imputatur in quartã
pro ea parte quæ accipitur ex portione cohe-
redis quia nõ poteſt cenſeri comprehenſum in
portione hereditaria illius grauati, vt eſt tex.
noſter hic ver. pro ea vero parte, & in d. §. Nũ
mis & dictum fuit ſ. in prima queſtione in ter-
tia & quarta regula. Hinc etiam videmus, ꝙ
ea quæ cauſa ſimplicis conditionis accipiuntur
à legatario particulari, vel fideicommiſſario
vniuerſali quia dicuntur accipi extra heredita
tem quoad hanc materiam imputationis non
imputantur ipſo iure in quartam in iſta compu
tatione Trebell. vt vult tex. noſter in verſic. ſi.
& in l. in ratione §. tamet ſi. ſ. eod. & dictum fuit
ſ. in quinta regula prime queſtionis. Sequitur
etiam alius effectus vt id quod reuera accipitᷓ
extra patrimonium quod defunctus reliquit tẽ
pore mortis ſue cenſeatur eſſe in patrimonio
eo ipſo, quod datur in vita cum illo onere, vt
imputetur in quartam l. cum quo §. ſi. ſ. eodẽ.
Quinimo propter illud onus imputationis in-
telligitᷓ eſſe reſeruatum in patrimonio defuncti
vt dictum fuit in precedenti articulo imputa-
tionis in Falcidiam in prima regula, & in ſecun
da queſtione principali. Sequitur etiam alius
effectus, vt propter illud quod in dicta compu
tatione ipſo iure venit, & eſt imputandum in
quartam Trebellian. impediatur ne per autho
ritatem Trebell. diminuatur fideicommiſſum
vniuerſale, ſeu quod ex ipſo quarta detrahatᷓ.
Nam dum in dicta cõputatione deducitur ve-
luti comprehenſum in patrimonio defuncti &
in portione hereditaria illius grauati & impu-
tatur in quartam veluti non comprehenſum in
legatis ſeu fideicommiſſis, ſed reſeruatum he-
redi, ſequitur omnino quod pro quantitate ip
ſius ceſſet diſpoſitio Trebelliani, circa dedu-
ctionem quartę ex ipſo fideicommiſſo, quoniã
diſpoſitio Trebelliani, & legis Falcidię ceſſat
pro rata illius patrimonii, quod teſtator reſer-
uauit heredi, & in qua illum non grauauit d. l.
in quantitate §. ſi. ſ. eodem & Inſt. eod. §. ſi. cum
aliis concord. ſequitur etiam hic effectus ꝙ iſta
imputatio quæ fit ipſo iure in quartam in d. cõ
putatione prodeſt quibuſcunque tam legata-
riis quam fideicommiſſariis pro rata ad impe-
diendum ne ab ipſum pro ſua rata detrahatur
Falcidia, ſeu Trebellia. prout prodeſt id quod
fuit reſeruatum heredi in quo non fuit graua-
tus d. l. in quantitate §. ſi. & d. §. ſi. Inſt. eod. ꝙ
etiam expreſſe preſupponit tex. noſter verſi. ſi.
& tex. in l. filium quem C. fam. herc. vt circa in
terpretationem d. l. fuit annotatum, ſequitur
etiam, quod heres inuitus cogitur habere quar
tam Trebellianicam in his rebus quæ ipſo iure
in d. computatione illi in quartam imputantur
ſicut cogitur habere quartã in his rebus quas
teſtator expreſſe ipſi heredi reſeruaſſet Inſt. de
fid. hered. §. ſi quis vna & j. eod. l. acceptis, hoc
enim venit in conſequentiam eius, quia ceſſat
diſpoſitio legis Falcidię, ſeu Trebelliani. Circa
detractionem quarte pro quantitate rerũ, quas
teſtator expreſſe reſeruaſſet heredi, & quia ip-
ſo iure ſibi in dicta computatione in quartam
ſunt imputanda, & ideo. ſ. in nona Regula con
cluſimus, quod ex quo fructus percepti ex te-
ſtantis iudicio imputantur heredi ipſo iure in
quartam in d. computatione, quod dicta impu
tatio prodeſt omnibus tam legatariis, quam fi-
dei cômiſſarii, & heres cogitur habere quar-
tam in ipſis fructibus. Sequitur etiam quod ad
effectũ, vt quid poſſit heredi ipſo iure in quar-
tam Trebell. imputari in d. computatione re-
quiritur, quod in eo non ſit, vel non cenſeatur
ipſe heres grauatus, vt eſt caſus in l. acceptis. j.
eod. & ratio eſt quia ſi in eo ſit vel cẽſeatur gra
uatus illud in d. computatione erit imputan-
dum in legatis, & fideicommiſſis, non autem in
ipſam quartam. Sequuntur etiam plures alii ef
fectus de quibus ſ. dictum fuit in precedenti ar
ticulo imputationis in Falcidiam, in ſecunda
queſtione principali, nã omnes illi effectus qui
reſultant ex illa imputatione quę fit ipſo iure
in quartam in computatione in ratione Falci.
quando exiſtat ſolum legata particularia reſul
tant etiam ex illa imputatione quę fit ipſo iure
in quartã in dicta computatione quãdo exeat

fideicommiſſum vniuerſale. In vno tamen eſt
differentia, quia vbi exiſtunt ſolum legata par
ticularia heres dicitur habere iure hereditario
non autem alio iure id quod in dicta computa
tione ſibi in quartam ipſo iure imputatur, vt ē
caſus in l. ſi à me. ſ. eod. ſecus autem quando exi
ſtit fideicommiſſum vniuerſale quia heres po-
teſt habere non ſolum iure hereditario ſed etiā
iure legati, vel fideicommiſſi id, quod ſibi in d.
computatione ipſo iure imputatur in quartam
vt eſt caſus in §. ſi quis vna Inſt. de fideic. hered.
& in l. noſtra verſic. ſed in fideicommiſſaria &
dictum fuit ſ. in ſexta regula & rationem diffe
rentie ſtatim declarabimus.

10 EX predictis omnibus habes colligere *
in quibus conueniant & in quibus differant ab
inuicem imputatio in quartam in computatio
ne Falcidie quando exiſtunt ſolum legata par
ticularia, & imputatio in quartam in d. compu
tatione quando exiſtit fideicommiſſum vniuer
ſale, & que poſſit eſſe ratio differentie inter v-
num caſum & alium. Nam primo in eo conue
niūt quod neutro caſu fit imputatio de his quę
accipiuntur extra patrimonium defuncti & ex
tra portionem hereditariam illius heredis gra
uati, ſed accipiuntur, vel extra hereditatē, vel
ex portione coheredis, vt patet ex his quæ di
cta ſunt ſ. in quinque primis regulis huius ar
ticuli imputationis in quartam Trebelliani-
cam, conueniunt etiam in eo quod omne id ꝙ
accipitur ex portione hereditaria quod non eſt
comprehenſum in legatis, vel ſaltem deſiit eſſe
in legatis, & fideicommiſſis, vel ſaltem non cen
ſeatur comprehenſum, in vtroque caſu ſit &
veniat ipſo iure in dicta cōputatione in quar-
tam imputandum, vt dictum fuit ſ. in preſenti
articulo, & in precedenti & hoc etiam eſt indu
bitatum, quia clarum eſt, quod vtroque caſu
in dicta computatione in ratione Falcidie, ſeu
Trebellianice patrimoniū, quod defunctus re
liquit, vel hereditaria portio ipſius grauati, im
putandum ſit, vel tanquam cōprehenſum in le
gatis, & fideicom. quibus heres grauat̃, vel vti
non comprehēſum in dictis legatis, ſeu fideic.
ſed heredi reſeruatum pro ſua quarta adeo ꝙ
in dicta cōputatione nō pōt heredi in quartam
imputari id ꝙ eſt cōprehenſum in lega. & fidei
commiſſis, & illud quod non eſt in legatis, ſeu
fideicommiſſis incluſum ſeu comprehenſum
eſt, & venit omnino in ipſam quartam imputā
dum d. l. in quantitate §. ſi. & l. qui fundum in
principio & l. ſi dignum ſ. eod. & Inſt. eod. §. ſi.
Differunt autem in his quæ iure hereditario ac
cipiuntur quia in caſu quo exiſtunt ſolum le-
gata particularia, omnino iſta imputantur in
quartam, vt dicitur in l. noſtra in principio cū
aliis concord. & dictum fuit in precedenti arti
culo in quinta regula, ſed in alio quando exi-
ſtit fideicommiſſum vniuerſale ſolum impu-
tātur pro ea parte pro qua non cenſentur com
prehenſa in fideicommiſſo vniuerſali, & in
eius reſtitutione, non autem pro ea parte pro
qua ſunt comprehenſa in fideicommiſſo vni-
uerſali, & veniunt in reſtitutionem, vt latius
dictum fuit. ſ. in octaua regula preſentis articu
li. Ratio differētie eſt euidens quia in caſu quo
exiſtunt ſolum legata particularia numquam
in ipſis legatis poteſt dici comprehenſum, id ꝙ
heres capit iure hereditario, quia illud dicitur
accipi iure hereditario, quod nō fuit, vel deſiit
eſſe, vel intelligitur non eſſe comprehenſum in
legatis particularibus ſed in ipſa hereditate re-
ſeruatum, vt latius dictum fuit in articulo pre
cedenti in quinta regula non ita in caſu, quo
exiſtit fideicommiſſum vniuerſale quia cum in
illo fideicommiſſo veniat ius vniuerſale heredi
tatis poteſt continere illud quod accipit heres
iure hereditario, & quod fuit in hereditate re-
ſeruatum l. in fideicommiſſaria §. ſi. J. ad Treb.
& dictum fuit ſ. in octaua regula. Differunt &
in alio quia in caſu quo exiſtunt ſolum legata
particularia abſque vllo fideicommiſſo vniuer
ſali non poteſt in computatione Falcidie impu
tari in quartam aliquid quod iure legati, vel fi
deicommiſſi accipiat heres grauatur, ne dum
ex ſua hereditaria portione, vt dicitur in tex.
noſtro in principio, & dictum fuit ſupra in ar-
ticulo precedenti in tertia regula ſed in caſu
quo exiſtit fideicommiſſum vniuerſale in dicta
computatione imputatur in quartam id quod
accipit heres iure legati, vel fideicommiſſi, ſeu
conditionis importate per ablatiuos abſolu-
tos ex ſua hereditaria portione in tempus reſti
tuende hereditatis, vt textum noſtro verſicu
lo ſed in fideicommiſſaria cum aliis concordan.
& dictum fuit ſupra in ſexta regula. Et ratio
differentie eſt quia in primo caſu id quod ac-
cipit heres iure legati, vel fideicommiſſi ex
ſua hereditaria portione ſemper dicitur com-
prehenſum in legatis particularibus, quibus
grauatur non autem exceptum ab ipſis legatis
non enim poſſet accipi per heredem iure legati
ſi non cenſeretur comprehenſum in legatis ex
quo ſi diceretur reſeruatum in hereditaria por
tione non poſſet per heredem accipi iure lega-
ti, ſed ſolum iure hereditario ex quo ius heredi
tatis apud ipſum heredem permanet. Et prop-
terea cum intelligatur comprehenſum in lega
tis, impoſſibile eſt, quod in computatione in ra
tione Falcidie poſſit in quartam imputari, vt
dictum fuit in precedenti articulo in tertia re-
gula. ſed in alio caſu quando exiſtit fideicom-
miſſum vniuerſale illud quod iure legati, vel
fideicommiſſi, vel conditionis importate per
ablatiuos abſolutos relinquitur heredi graua-
to ex ſua hereditaria portione in tempus reſti-
tuende hereditatis non dicitur incluſum in fi-
deicommiſſo vniuerſali, ſed ab illo exceptū nā

licet ſit exceptum ex ipſo fideicõmiſſo poteſt
tamen per ipſum heredem accipi iure legati a-
ctento quod ius hereditatis apud ipſum nõ per
manet, ſed tranſit in ipſum fideicommiſſarium
Vnde ſequitur, quod in dicta computatione,
veniat & ſit omnino in quartam imputandum.
Et quamuis Bart. & communiter alii exiſtima
rint ꝙ impluribus aliis differant tamẽ vt late ſ.
demonſtratum fuit veritas eſt ꝙ differunt ſo-
lum in his duobus & quod in aliis omnibus cõ
ueniunt, & non poteſt eſſe aliqua ratio differen
tię inter vnum caſum, & alium preterquam in
iſtis quæ accipiuntur iure hereditario, & in his
quæ relinquuntur heredi grauato iure legati;
vel fideicõmiſſi, vel per duos ablatiuos ex ſua
hereditaria portione in tempus reſtituende he
81 reitatis non autem in aliis * Nam illa ra
tio differentie aſſignata per glo. hic in verſicu.
imputabitᷓ quam ſequumtᷓ comuniter Doct. vi
delicet quod ex quo in primo caſu quando exi
ſtunt ſolum legata particularia heres ſuſtinet
onera hereditaria, quod ideo minus ſit ſibi in
quartam imputandum. Sed quia in alio caſu,
quando exiſtit fideicommiſſum vniuerſale ſu-
ſtinet onera ſolũ pro quarta l. 1. C. ad Treb. l.
1. §. fi. ff. ad Treb. ideo debet plus ſibi in quartã
imputari nullo modo iſta ratio poteſt haberi
in conſideratione ex quo in propoſito noſtro;
non debet haberi conſideratio eris alieni acten
cto quia in ratione Falcidię deducitur primum
es alienum l. imponenda C. eod. & ſi apud he-
redem remanet onus eris alieni remanet etiam
apud eum vltra quartam tantum de patrimo-
nio defuncti, quod ſufficit ad ſolutionem eris
alieni, preterea d. ratio non poteſt adaptari ad
caſum quando cõmodum heredis eſſet ꝙ plus
in quartam ſibi imputaretur, non autem minus
quem caſum annotauimus in articulo precedẽ
ti in ſecunda queſtione principali. Nam ratio
quia tenetur ad onera inſolidum non poſſet a-
daptari, quod minus ſibi in quartam eſſet im-
putandum ex quo in dicto caſu, hoc eſt in eius
incommodum ſed magis ad id, vt plus ſibi in
quartam imputetur quia in caſu predicto hoc
eſſet ad eius commodum, & vlterius aduerten
dum eſt, quia ratio predicta non poteſt adapta
ri ad caſum quando vltra legata particularia
extaret etiam fideicommiſſum vniuerſale quia
in caſu iſto heres non tenetur ad onera heredi-
taria, niſi pro quarta igitur ſequitur quod in
caſu iſto nulla poteſt eſſe differẽtia inter impu-
tationem in quartam quoad ipſa legata parti-
cularia, & quoad ipſum fideicommiſſum vni-
uerſale, vt ſ. dictum fuit in ſecunda queſtione,
quamuis aliter dixerint Barto. & alii. Non ẽt
poteſt procedere illud, quod dixit Barto. in
prima queſtione videlicet quod ex quo per le-
gem Falcidiam expreſſe diſponitur, ꝙ quarta
hereditatis apud heredem remaneat quod ideo
in primo caſu, quando exiſtunt ſolum legata
particularia imputatio ſolum fit de his quæ ac
cipiuntur iure hereditario non autem de his
quæ alio iure, ſed quia per Senatuſcon. Pegaſia
num non diſponitur ſpecifice de quarta here-
ditatis, ſed ſimpliciter de quarta §. ſed quia Inſ.
de fid. hered. Idcirco non eſt neceſſe quod heres
habeat quartam iure hereditario, ſed ſufficit ꝙ
habeat quocunque alio iure idcirco in dictam
quartam Trebellianicam poſſunt imputari ea
que alio iure accipiuntur ex quo negari non
poteſt quin tex. in d. §. ſed quia loquatur ſpeci
fice de quarta hereditatis tum quia tex. dicit ꝙ
perinde licebit heredi grauato reſtituere here-
ditatem retinere quartam atq; per leg. Falcid.
ex legatis retinere conceditur, tum etiam quia
per dictum Senat. conſ. retinetur quarta here-
ditatis l. 1. & 2. C. ad Trebel. Solum dici poteſt
quod in primo caſu quando exiſtunt tantum
legata particularia neceſſe eſt quod heres gra-
uatus habeat quartam iure hereditario, acten-
to, quod ius vniuerſale hereditatis apud eum
permanet. Vnde ſequitur quod omne illud ꝙ
non fuit in legatis comprehenſum quibus ipſe
heres grauatus fuit, ſit & intelligatᷓ in heredita
te reſeruatum, & accipiatur iure hereditario,
ſed in ſecundo caſu, quando exiſtit fideicõmiſ-
ſum vniuerſale quia tunc ius vniuerſale heredi
tatis non permanet apud ipſum grauatum, ſed
tranſit ad fideicommiſſarium, non eſt neceſſe ꝙ
habeat quartam iure hereditario, quia põt alio
iure quam hereditario conſequi illud quod nõ
fuit in fideicommiſſo comprehenſum, ſed fuit
exceptuatum, vt ſ. declaratum fuit, ita quod in
primo caſu non poteſt haberi alio iure quam
inſtitutionis, ſeu hereditario, id in quo heres nõ
fuit grauatus. In alio vero caſu poteſt habere
alio quam hereditario id in quo heres non fuit
grauatus, & ſi ratio Bart. iſto modo declararetᷓ
poſſet ſubſtineri, & reduceretur ad illam ratio
nem quam ſ. aſſignaui, & ſolum poſſet pertinẽ
re ad illud quod iure legati, vel fideicommiſſi
vel per duos ablatiuos abſolutos relinquitur
grauato ex ſua hereditaria portione, in tẽpus
reſtituende hereditatis quia in eo heres non di-
ceretur grauatus, & accipitur alio iure quam
hereditario, vel inſtitutionis non autem poſſet
pertinere ad id, quod heres accipit ex portio-
ne coheredis quia iſtud nõ poteſt dici compre-
henſum in quarta portiõis ſue hereditarie quã
omnino debet habere ex diſpoſitione d. Sena-
tuſconſ. & quia illud non poteſt deduci in com
putatione in ratione Falcidie, ſeu Trebelliani-
cæ non etiam poteſt d. ratio pertinere ad id ꝙ
accipitur ex cauſa ſimplicis conditionis quia
dicitur accipi extra hereditatem propter ean-
dem rationem, quia non poteſt dici compre-
henſum in quarta ſue hereditarie portionis,
nec etiam poteſt pertinere d. ratio ad illud, ꝙ
accipitur

accipiť ab aliquo legatario particulari, quia iſtud, vel diciť accipi extra portionem hereditariam illius grauati, vel ſi accipiť ex dicta portione tamen in ipſa computatione imputabiť, vti comprehenſum in legatis quibus heres grauať vt dictum fuit ĩ. in quarta regula, nec ẽt poteſt pertinere predicta rõ ad illud ꝙ iure legati vel fideicõmiſſi grauatus heres accipit à fideic. vniuerſali, vel ante tempus reſtituende hereditatis, vel per aliquod tempus poſt reſtitutam hereditatem ꝓpter eandem rõnem quia vel diceť accipi extra portionem hereditariam illius grauati, & ideo non poterit deduci in computatione, vel ſi dicatur accipi ex portione hereditaria diceť tamen comprehenſum & incluſum in fideicommiſſo, & ideo in dicta computatione non poterit in quartam imputari, ſed ſolum in illo fideicõmiſſo. Alias rationes differentie non refero, quia aperte & clare per modernos reprobanť. Vnde cum non poſſit aſſignari vlla ratio differentie inter primum caſum & ſecundum preterquam in illis duobus de quibus ĩ. dictum fuit, omnino dicendum eſt ꝙ in omnibus aliis hi duo caſus quoad hãc materiã imputationis in quartam in cõputatione in rõe Falc. ſeu Trabell. ad inuicem conueniunt. Ex predi
82 ctis ẽt habes colligeť * rationẽ differentie inter caſum quando in tẽpus reſtituende hereditatis relinquiť grauato, vel pecunia, vel corpus aliquod non hereditarium quia tunc totum relictum in quartam imputať & caſum quãdo relinquiť corpus hereditarium, quia tunc imputať in quartam ſolum ꝓ ea parte que accipiť ex portione hereditaria, non autem ꝓ alia parte que accipiť à coherede nã ratio differentie colligitur ex eo quia non põt imputari in quartam in dicta computatione niſi illud, quod accipiť ex portione hereditaria illius grauati, vt latius decclaratum fuit ĩ. in ſexta regula, vbi etiam declaratum fuit, quare quoad hanc imputationem in quartam in iſta cõputatione relictũ pecunie & corporis non hereditarii intelligatur accipi ex ipſa portione hereditaria, ſecus autẽ in relicto corporis hereditarii, & in relicto alterius corporis non hereditarii, quod tamen ſit in dominio ipſius fideicommiſſarii quia quoad hanc imputationem in quartam in iſta computatione non intelligitur accipi ex portione hereditaria niſi pro illa parte que reperitur in dicta portione, quod etiam declaratum fuit in interpretatione l. deducta §. Nummis infra ad Trebellian. Ex quibus infertur non poſſe vllo modo procedere que circa predictam rationẽ differentie inter relictum pecunie ſeu corporis non hereditarii, & relictum corporis hereditarii quoad hanc materiam imputationis in quartam dixerunt Bart. & alii in tertia queſtione. Nam primo male ſentiunt dum arbitrantur predictam differentiam procedere etiam in relictis datis heredi grauato in aliud tempus, quam in tempus reſtituende hereditatis cum tamen veritas ſit, quod dicta differentia ſolum poteſt procedere in relictis datis in tempus reſtituende hereditatis, ea enim ſolum imputantur in quartam, vt latius declaratum fuit ſupra male etiam ſentiunt dum arbitrantur rationem dicte differentie eſſe quia relictum pecunie ſeu corporis non hereditarii accipitur vniformiter, videlicet in totum iure hereditario, vel in totum iure legati, ſed relictum corporis hereditarii accipitur deformiter, videlicet pro parte iure hereditario, & pro parte iure legati. Et ideo ne diuerſo iure eadem res in quartam imputetur contra l. eum qui edes ff. de vſuc. ſolum ſit imputatio eius partis que accipitur iure hereditario. Nam in hac ratione differentie preſupponunt plura quæ ſunt falſa nam primo preſupponunt legatum quod accipitur in totum iure legati ex parte ſeu portione coheredis eſſe imputãdum grauato in quartam in hac computatione Trebellianice, & hoc eſt falſum vt dictum fuit ſupra in tertia & quarta regula. Preſupponunt etiã quod relictum corporis hereditarii datum in tempus reſtituende hereditatis, accipiatur diuerſo iure, videlicet, partim iure heredit. & partim iure legati, & tamẽ hoc ẽ falſum quia etiã ꝓ illa parte quæ capiť ex portiõe heredit. accipiť iure legati, vt dictum fuit ĩ. in 6. regula. Preſupponunt etiã aliud videlicet, ꝙ quãdo aliqua pars relicti accipiť iure hereditario ſimpliciter & abſolute eẽt ꝓdicta parte imputãdũ in quartã, & tamẽ hoc etiã eſt falſum quia ſolum eſſet imputãdum quatenus illud quod accipitur iure hereditario non eſſet comprehenſum in fideicommiſſo vniuerſali, nõ autem quatenus eſſet comprehenſum, & veniret in reſtitutione fideicommiſſi vt latius dictum fuit ĩ. in octaua regula.

Quantum vero ad aliã ſpeciem imputationis in quartam que nõ ſit ipſo iure in cõputatione in rõe Falc. ſeu Trebell. ſed ope exceptionis ſeu replicationis dum agitur vt illud ꝙ accipit heres grauatus compenſetur cũ eo ꝙ per Treb. venit deducendum ex ipſo fideicõmiſſo vniuerſali. Tria ſunt diſcutienda. Prima eſt in quibus procedat iſta imputatio 2. an procedat ad cõmodum eorum à quibus heres accipit 3. an ꝓcedat ad cõmodũ eorum à quibus nihil accipit
83 * Quoad primũ non eſt difficultas quoniam clarum eſt, ꝙ iſta imputatio non ꝓcedit in his que heres accipit iure hereditario, & que non ſunt incluſa in fideicommiſſo, nec in his que accipit heres grauatus ex ſua hereditaria portione in tempus reſtituende hereditatis, quoniam iſta imputantur ipſo iure in quartam in computatione Trebellianice, tanquam reſeruata heredi ex ſua hereditaria portione, vt latius ĩ. fuit declaratum, procedit autem hec 2. ſpecies

imputatiōis in omnibus aliis que, vel extra hereditatem, vel extra hereditariam portionem grauati accipiunt, vel iure legati, vel fideicom. vel cōditionis implēde cauſa per ipſum grauatū que nō imputant ipſo iure in quartā in computatione Trebell. quia in iſtis ꝓcedit iſta alia imputatio in quartam que fit ope exceptionis ſeu replicationis prout ꝓcedit quando exiſtūt ſolum legata particularia, vt dictum fuit ſ. in articulo precedenti imputationis in Falcid. in 2. ſpecie imputationis, & in hoc nō pōt eſſe diffi
84 cultas * Quo autem ad ſecundā nulla ēt pōt eſſe difficultas quin iſta imputatio in quartam ope exceptionis ſeu replicationis ꝓcedat ad cōmodum eorū à quibus heres accipit, ꝓut ꝓcedit in caſu, quando exiſtunt ſolum legata particularia, nulla .n. quantum ad hoc pōt eſſe differentia inter caſum. Quando exiſtunt ſolū legata particularia, & caſum quando ēt exiſtit fideicom. vniuerſale, & omnes ll. quæ volūt ꝓcedere hanc imputationē in cōmodum eorū à quibus heres accipit loquunt ſimpliciter nulla habita diſtintione an exiſtant ſolum legata particularia an etiam fideicom. vniuerſale vt patet in l. Neſennius in princip. ſ. eod. in l. filij ſ. eod. in l. heredi ſ. de his quib. vt ind. Quinimo tex. in l. filium quē C. fam. herciſ. expreſſe vult quod iſta imputatio ope exceptionis procedat ad commodum eorum à quibus heres accipit, in caſu quo exiſtit fideicommiſſum vniuerſale vt fuit in declaratione d. legis. annotatum. Et
85 iſtud etiam admictunt alii omnes * quantū vero ad tertiam Bar. & alii in 2. queſtione conſtituunt duas concluſiones. Prima eſt, ꝙ non ꝓcedat iſta imputatio ope exceptionis ad cōmodum legatariorum particularium, à quibus heres grauatus nihil accipit, ita ꝙ ſi heres grauatus per fideicommiſſum vniuerſale accipit aliquid, vel à coherede, vel à legatario particulari, vel etiam ab ipſo fideicōmiſſario vniuerſali extra ipſam hereditariam portionem nō imputat ad cōmodum legatariorum particularium à quibus heres nihil accipit. Et iſta prima cōcluſio non habet dubitationem, quia de hoc eſt caſus in l. noſtra verſiculo fina. & idem eſt in caſu quando exiſtunt ſolū legata particularia. Alia concluſio eſt, quod ad commodum fideicommiſſarii vniuerſalis procedat ſemper iſta imputatis ope exceptionis, quamuis heres grauatus ab eo nihil acceperit ita quod ſi heres grauatus accipiat aliquid ex portione coheredis, vel ab vno fideicommiſſario extra hereditariam portionem, vel ab vno legatario iure legatis ſiue conditionis illud ope exceptionis ſeu replicationis non ſolum imputaretur ad commodum illius à quo heres accipit, ſed etiam ad cōmodum eius fideicōmiſſarii vniuerſalis à quo heres non accipit, ita concludunt communiter omnes per tex. in hac l. noſtra. Hec concluſio iudicio meo, eſt falſa & omnino reiicienda, quinimo firmanda eſt concluſio contraria non minus in caſu iſto quando exiſtit fideicommiſſum vniuerſale quam in caſu, quando exiſtunt ſolum legata particularia, videlicet vt numquā in commodum eius à quo heres non accipit ēt quod eſſet fideicommiſſarius vniuerſalis procedat iſta imputatio ope exceptionis, ſeu replicationis, que concluſio in quolibet eius membro iudicio meo eſt indubitata, nam ſi loquimur de eo quod heres accipit ab aliquo legatario particulari, qui etiam patiatur Falcidiā, cum imputetur ad eius commodum, ad impediendum ne ex eius legato Falcidia detrahatur impoſſibile eſt, quod poſſit imputari ad commodum fideicommiſſarii vniuerſalis à quo heres non accipit quia hoc pertineret ad preiudiciū illius legatarii à quo heres accipit quia tanto minus ad eius commodum imputaretur, vt dictum fuit ſupra in articulo precedenti in 2. ſpecie imputationis, idem etiam dicendum eſt, quando ſunt duo fideicommiſſarii vniuerſales & heres ab vno tantum accipit, non autem ab alio quia imputabitur ope exceptionis, ſeu replicationis ſolum ad commodum eius à quo accipit non autem ad cōmodum alterius & pro hoc eſt caſus in d. l. filium quem in his verbis, compenſato quod à coheredibus, vice mutua percipit & in his verbis deducto, quod à ceteris in eo fundo ſoluitur vt latius circa intellectum d. l. fuit annotatum, ad idem facit ratio, quia cum iſta imputatio fiat per modum compenſationis dum illud, quod accipit heres compenſare tenetur, cum rata Falcidie, ſeu Trebellianice, quam poteſt detrahere, vt preſupponit textus in d. l. filium in his verbis compenſato preterea &c. & in d. l. heredi ad fi. & dictū fuit in articulo precedenti in ſecunda ſpecie imputationis igitur non poteſt pertinere niſi ad illam partem Falcidie ſeu Trebellianice, que poteſt deberi ab eo à quo heres accipit compenſatio enim non intelligitur fieri niſi cum debito illius qui ſoluit, vel cuius nomine fit ſolu. toto Tit. ſupra de compen. Idem etiam dicendum eſt, quando heres grauatus accipit aliquid ab eo qui non poteſt pati Falcidiam quia ab ipſo herede nihil illi legatum eſſet nā & ſi ī iſto caſu hoc quod accipit heres non poſſet imputari ad commodum eius à quo accepit, ex quo ab ipſo nihil pro Falcidia, deberi poteſt, non tamen imputandum foret ad commodum fideicommiſſarii vniuerſalis, ex cuius fideicommiſſo, quarta eſſet detrahenda, quia ſi dum heres repudiat, illud, quod ſibi ab iſto relictum fuit, talis repudiatio pertinet ſolum ad cōmodum ipſius, à quo relictum fuit heredi, quia apud ipſum relictum debet remanere l. prima §. pro ſecundo & §. fin autem ſub conditione C. de cadē toll. non autē dicta repudiatio prodeſſet

in aliquo illi fideicommiſſa. vniuerſali, igitur & agnitio illius relicti facta per ipſum heredem grauatum non debet pertinere ad commodum illius fideicommiſſ. vniuerſalis ad effectum, vt compenſetur cum eo quod eſſet detrahēdum ex eius fideic. vt contrariorum ſit eadem diſciplina & idē opereſ propoſitum in ꝓpoſito quod oppoſitum in oppoſito l. fi. §. 1. ſ. de leg. 3. cum aliis concor. Accedit, quia compenſatio non poteſt adaptari ad ipſum fideicōmiſſarium vniuerſalē, cum nec ipſe aliquid dederit, nec eius nomīe aliquid datum intelligitur, vt ſtatim dictum fuit. Ex quibus omnibus concludo ꝙ quo ad hanc ſpeciem imputatiōis in quartam, quę fit ope exceptionis, ſeu replicationis nulla ſit differentia inter caſum quando exiſtit fideicōmiſſum vniuerſale & caſum quādo exiſtunt ſolum legata particularia, & ideo omnia quæ dicta ſunt. ſ. in articulo precedenti circa hanc ſpeciem imputatiōis procedunt etiā in caſu, quando adeſt fideicommiſſum vniuerſale & agitur de quarta deducenda per authoritatem Trebelliani, nec obſtat tex. noſter hic quia vt ſ. ſepius fuit declaratum, loquiſ ſolum de illa imputatione in quartam quæ fit ipſo iure in ratione Trebellianicæ, ſeu Falcidie, & de his quæ dantur heredi grauato ex ſua hereditaria portione in tempus reſtituende hereditatis.

Supereſt vt pro complemento huius tractatus imputationis in quartam Falcid. ſeu Trel-
86 lianicam abſoluamus aliam queſtionē * videlicet in quibus rebus heres poſſit & cogatur habere ſuam Falcid. ſeu Treb. Circa quā ōmiſſis quæ alii dixerint conſtituo tibi aliquas concluſiones quę iudicio meo ſunt vere & prorſus indubitatæ. Prima eſt, quod heres cogitur & poteſt habere quartam Falcidiam ſeu Trebilianicam in illis rebus que ipſo iure imputantur in quartam in computatione Falcidie, vt dictū fuit ſ. in illa queſtione de effectu huius imputationis ipſo iure in quartam in d. computatione Ex qua cōclu. ſequitur quod omnino cogitur & poteſt habere quartam in fructibus perceptis teſtatoris iudicio, & etiam in rebus ſubiectis legatis ſeu fideicōmiſſis alienatis, quarum rerum alienatio tenuit, vt dictum fuit ſ. in nona, & decima regula.

Secunda concluſio eſt, ꝙ in his rebus que ope exceptionis, ſeu replicationis imputātur in quartam ad commodum eius, tantum quo heres accipit poteſt heres inuito fideicōmiſſario vel legatario habere quartam, ſed non cogitur inuitus quartam habere in ipſis rebus ex quo vt dictum fuit ſupra in primo articulo circa, ſecundum ſpeciem imputatiōis poteſt heres grauatus ommittere id quod fuit ſibi relictum, & vti beneficio legis Falcidie, ſeu Trebellia. vt deducat quartam ex rebus ſue hereditarie portionis, ſubiectis legatis vel fideicommiſſis l. qui autem l. Neſennius §. primo ſupra eodem l. filio, infra eodem, & in his duabus concluſionibus nulla eſt difficultas.

Tertia concluſio eſt; quod in his rebus que non imputantur in quartam nec ipſo iure, nec ope exceptionis heres nec cogitur inuitus, nec poteſt inuito legatario, vel fideicommiſſario habere quartam Falcidiam, ſeu Trebellia. ſed quarta, vel id ꝙ deeſt ad ſupplementum quarte mero iure debetur in omnibus rebus comprehenſis in fideicommiſſis ſeu legatis pro rata vt eſt caſus in l. 2. C. eod. l. Plautius l. linea margaritarum ſ. eod. ratio huius concluſionis eſt, quia cum legata particularia pro eo, ꝙ deeſt ad ſupplementum quartę pro rata ſingulorū diminuantur & annullentur per legem Falcidiam, neceſſario res ipſam legata dicetur pertinere ad heredem pro dicta quarta, & dicetur comunis inter heredem & legatarium, & ſimiliter in fideicommiſſo vniuerſali quia cum ipſo iure pro quarta, vel pro eo quod deeſt ad ſupplementum quarte diminuetur & annulletur per Trebell. ita quod heres non teneaſ dictam quartam reſtituere, ſed illam poſſit ſibi retinere neceſſario hereditas remanebit comunis inter heredem & fideicommiſſarium, effectus huius concluſionis eſt quod dicte res legate veluti comunes inter heredem & legatarium, & ipſa hereditas veluti comunis inter heredem, & fideicommiſſarium inter ipſos diuidi debet,
87 in qua quidem diuiſione ſi inter heredē, & legatariū ac fideicom. conueniat ꝙ heres habeat ſuam quartam hereditatis & rerum legatarum in vna ſeu pluribus rebus ſeruanda erit illa diuiſio & in his rebus in quibus conuenerunt heres habebit ſuam quartā l. pōt ſ. de le. 1. l. 1. §. ſi conuenerit ſ. dep. l. ſi conuenerit ff. de re iud. l. 5. §. & poſt operis ff. de oper. nou. nunc. Vbi vero diuiſio ex partium conuentione non ꝓcedit fiet diuiſio ex iudicis t ff. cuius offi. erit in caſu quo oēs res eēt īdiuiduę aſſignare heredi quartam in vna re ex neceſſitate l. ſed ſi nō ſeruus §. ſi ſolus & l. ſi fundus mihi ſ. eo. vbi vero ſint diuidue ex cā ne patrimoniū deterioreſ poterit Iudex in vna, vel pluribus rebus quartā heredi aſſignare d. l. pōt & argumento eorū que habenſ in l. 2. C. quan. & quib. quar. pars debet. Et in effectu erit illud officium. Iudicis ꝙ eſt vbi agereſ de diuiſiōe hereditatis ī iudicio fam. erciſ. vel de diuiſione vnius, vel plurium rerū comuniū in iudicio cōi diuidūdo. Iuxta tamē hanc concluſionem ſunt alique dubitationes.
88 Prima * de re prelegata quā heres capit iure hereditar. an heres poſſit & cogaſ habere quartā ī d. re iſta dub. nō pōt ꝓcedere in caſu quo d. res p̄legata que capiſ iure hereditario nō eēt cōprehenſa in fideicommiſſo vniuerſali quia tūc cum ipſo iure imputetur in quartam in computatione in ratione Falcidie, ſeu Trebellianicę.

omnino cogetur & poterit heres habere quar-
tam in dicta re, vt ī. dictum fuit, ſolum poteſt
procedere preſens dubitatio quando d. res pre
legata quæ accipitur iure hereditario ſit com-
prehenſa in fideicommiſſo vniuerſali quo caſu
non imputatur ipſo iure in quartam ſed venit
in reſtitutione fideicōmiſſi l. in fideicōmiſſariā
§. fi. ȷ. ad Trebellia. & dictum fuit in 8. Regula
an iſto caſu heres poſſit inuito fideicōmiſſario
eligere quartam in dicta re, & an inuitus cogaẗ
habere quartam in d. re, de mente Doct. videẗ
eſſe quod ſic, dum volunt, quod imputetur in
quartam, & dicunt quod ſatis dicitur reſtitul
dum in quartam imputatur pro quo etiam fa-
cit quia ex eo, quod teſtator prelegauit dictam
rem illi heredi grauato colligitur voluntatem
eius eſſet, quod illam habeat pro ſua quarta
argumento l. deducta §. Nummis. ȷ. ad Trebel.
Ego vero ſum in cōtraria opinione. Videlicet
quod nec heres inuitus cogatur habere quartā
nec poſſit inuito fideicōmiſſario eligere in hu-
luſmodi re prelegata quāuis capiatur iure he-
reditario, vbi ſit comprehenſa & incluſa in fi-
deicōmiſſo vniuerſali. Moueor quia cum quar
ta debeatur ipſi grauato in omnibus rebus ſu-
biectis fideicommiſſo, vt ī. dictum fuit nulla ſu
beſt ratio quare debeat poſſe inuito fideicom-
miſſario eligere integram quartam in iſta re, &
cogatur ſuſcipere integram quartam inea-
dem re. Accedit quia prelegatum iſtud factum
Illi heredi grauato â ſemetipſo cum ſit nullum
non debet poſſe operari, ꝙ in diuiſione here-
ditatis inter ipſum, & fideicommiſſarium indu
catur iſta neceſſitas per quam grauatus cogaẗ
ſuſcipere quartam in illa re, vel quod poſſit in
uito fideicommiſſario quartam in illa re ſuſci-
pere, nec obſtat quod teſtator prelegando vi-
detur voluiſſe quod habeat quartam in re pre-
legata, quia iſtud procedit quando non inclu-
ſiſſet rem prelegatam in fideicommiſſo vniuer
ſali & In reſtitutione hereditatis ita loquitur
tex. in d. §. Nummis non autem quando dictā
rem incluſiſſet in fideicommiſſo vniuerſali nam
eo ipſo quod aliquid includitur in fideicōmiſſo
colligitur voluntatem teſtantis eſſe, quod non
imputetur in quartam veluti illi reſeruatum,
vt ſepe dictum fuit ī. & eſt caſus in l. acceptis ȷ.
89 eod. Alia eſt dubitatio * de re cōceſſa filio
in peculio per patrem an poſſit & cogatur ha-
bere quartam in dicta re. In qua dubitatione
omnes Doct. in eo conueniunt, quod filius non
cogatur, ſed in eo an poſſit inuito fideicōmiſſa
rio eligere quartam in dicta re, ſunt opiniones.
Nam Bar. hic & in d. l. filium quem habentem,
quem etiam ſequitur Pic. tenuit ꝙ poteſt per.
tex. in d. l. filium ſecundum intellectum anti-
quorum, & quia ſicut teſtator in vita predile-
xit filium in d. re ita etiam præſumitur quod in
morte predilixerint argumēto l. pen. ī. de al. &
cib. leg. & per alia de quibus per eum, ſed co-
comuniter Doct. hic & in d. l. filium concludūt
contrarium per tex. in l. certum C. Fam. Erciſ.
& per plura alia de quibus per Alex. hic col.
2 1. & iſtam comunem ſequor per tex. in d. l. cer
tum & per rationem quia ſi non obſtante con-
ceſſione in peculium pater voluit iſtam rem eſ
ſe ſubiectam fideicommiſſo vniuerſali & eſſe
comunem cum ipſo fideicōmiſſario, prout eſt
comunis hereditas, nulla eſt ratio quare dici
debeat quod velit preſcribere officio iudicis vt
in diuiſione hereditatis debeat aſſignari illam
rem filio pro ſua quarta. Et ad ea que adducun
tur pro contraria opinione eſt clara ſolutio, vt
per Doct. hic & in d. l. filium.
90 Tertia eſt dubitatio * an in vna re lega
ta, poſſit retineri Falcidia pro rata aliarum re-
rum quæ ſimiliter fuerunt legata. Hec dubita
tio non poteſt procedere vbi aliꝗ res non eſſent
legatę eidem ſed alteri legatario, ex quo res le-
gata vni non poteſt retineri, pro Falcidia quæ
debetur in rebus alteri legatis l. 2. & quod ibi
Not. C. eod. l. ſi pupilli §. fi. cum ibi Not. ī. eo.
ſolum poteſt procedere quoad res eidem lega
tario legatas, & in hac dubitatione ſunt conſi
derandi tres caſus. Primus eſt, quādo ex duo
bus legatis datis eidem legatario, vnum eſt de
falcabile per Falcidiam, aliud vero non eſt de-
falcabile, & in caſu iſto clarum erit, ꝙ ex vno
legato poterit retineri Falcidia pro rata vtriuſ
que legati, vt concludunt Bart. & alii comuni
ter hic per tex. in l. ſed & ſi non ſeruus §. ſi ſo-
lus & l. planè & l. ſi fundus mihi leget. ſupra eo
dem. Secundus caſus eſt quando quelibet res ē
per legem Falcidiam defalcabilis, & hic caſus
etiam non habet dubitationem, quoniam cum
iſtæ plures res, reperientur comunes inter here
dem, & legatarium iudex in diuiſiōe ex officio
ſuo ſeruabit ea, quæ ſeruare ſolitus eſt in diui-
ſione pluuium rerum comunium In iudicio
comuni diuidundo, & ſubſiſtente aliqua cauſa
poſſit vni aſſignare partem ſuam, in vna, vel
duabus rebus d. l. poſt, & dictū fuit ſupra. Ter
tius caſus eſt, quando heres ſoluit legatario v-
nam rem legatam, & vult in alia re eidem lega
ta retinere plenam Falcidiam pro rata vtriuſqꝫ
rei. Et hic caſus de iure fforum non poterat ha-
bere dubitationem, quia clarum eſt ꝙ per di-
cta iura potuiſſet retinere, vt eſt caſus in l. ſi ex
pluribus ī. eod. ſolum habet dubitationem de
iure hodierno, quo cautum fuit, quod vbi he-
res ſoluit aliqua legata inſolidum quod non
poteſt nec pro ſolutis, nec etiam pro non ſolu-
tis falcidiam retinere. Auctentica ſed cum te-
ſtator C. eod. & in Auctenctico de her. & fal. §.
non autem debimus. Circa quam dubitatio-
nē. Bar. & magis comuniter alii in d. l. ſi ex plu
ribus, cōcludūt ꝙ ex quo in caſu iſto, ſoluēdo
vnā rē legatā. legatario, videẗ ſoluiſſe vnū le-
gatū

gatũ inſolidum, ꝙ propterea vẽdicabit ſibi locum deciſio d. Auctenticæ ſed cum teſtator, ita quod nullo modo poterit in alus rebus eidem legatis retinere Falcidiam, nec pro ſoluta, nec pro aliis non ſolutis. Ego vero circa iſtud multum dubito, quia & ſi tex. in d. §. non autem dabimus & in d. Auctentica ſed cum teſtator diſponat quod vbi heres ſoluit vni legatario, in ſolidum id quod ei legatum fuerat, non poſſit nec pro eo nec pro legatis factis aliis legatariis Falcidiam detrahere, non ideo tamen d. diſpoſitio debet extendi ad caſum, quando heres ex pluribus rebus legatis eidem legatario vnam illi ſoluit, quia per hoc non debet videri eſſe ſublatatam facultatem retioendi Falcidi. & ꝓ legato ſoluto & etiam pro altis ſecuodum diſpoſitionem d. l. ſi ex pluribus, multum enim intereſt inter vnum caſum & alium, quia in caſu iſto non videtur quod poſſit in ſolutione ſummi illa interpretatio quod fiat ea meote, quod heres velit ſoluere illi legatario integrum legatum ipſius rei ſolute, & velle, quoad legatum illius rei adimplere voluntatẽ teſtantis inſolidum. Verum potius ſumi debet alia interpretatio ꝙ ex quo res omnes legatæ huic legatario, ſunt comunes ioter ipſam, & heredem, ꝓpter rationem Falcidiæ heres in ſolutione illius rei aſſignet dictam rem ipſi legatario in eius portione, quæ ad illum ſpectabit in diuiſione facienda inter eos de dictis rebus comunibus, ſed in alio caſu in quo loquitur predicta deciſio, non poteſt ſumi alia interpretatio niſi iſta, quod ſolutio fiat ea meote, quia heres velit preſtare integrum legatum illi legatario, & quoad eum adimplere iosolidum teſtantis voluntatem, & hac ratione preiudicat ſibi, ne in legatis aliorum poſſit Falcidiam retinere, & voluntatem teſtantis improbare. Accedit quia oon videtur, quod huiuſmodi extẽſio debeat admitti ad correctionem d. l. ſi ex pluribus l. precipimus C. de app.

Expedito tractatu imputationis in quartam Falcidiam ſeu Trebelliaoicam. Deueniendum eſt ad articulũ imputationis in legitimam, ſeu
91 quartam debitam iure nature * Nam legitima quãuis de iure hodierno excedat quartam eſt enim triens, vel ſemis, iux. num. liberorum Auctentica nouiſſima C. de inof. Dicitur tamẽ quarta, quemadmodum denominabatur quarta de iure antiquo quando non excedebat quartã l. Papinianus §. ſi quis mortis, & §. quoniam quarta ff. de inoff. prout etiam denominatur Falcidia Auctentica vnde ſi parens C. de inof. quem articulum imputationis in legitimã pertractant Bar. & alii in preſenti l. Circa quę conſtituendę ſunt plures concluſiones ſeu regu-
92 lę. Prima eſt * de his quæ ad filios peruenerunt extra parentis ſubſtantiam, & ſunt de proprio patrimonio filiorum, in quibus regula eſt, quod filiis non imputantur in legitimam de quo eſt caſus in l. ſcimus §. repletionẽ. C. de inoff. teſt. Ratio eſt qiua cum legitima ſit quota booortim quæ parens relinquit tẽpore mortis. l. cum queritur C. de inoff. l. 2. & ibi not. C. de inoff. don. l. Papiniamus §. ſi quis mortis ff. de inoff. l. etiam §. ſi. j. de Bon. lib. neceſſario ſequitur, quod non debet ſuppleri ex ſubſtantia & proprio patrimonio filiorum, nec in illã ſint imputanda quæ ad filios extra parentis ſubſtãtiam peruenerunt, exemplificatur in his quæ ad filium peruenerunt ex fratris hereditate, & in eo, quod parens ipſe poſt eius mortem tenebatur per fideicommiſſum reſtituere filio, quia & ſi illud per mortem patris ad filium peruenit, tamen dicitur peruenire ex bonis illius teſtatoris qui illud fideicommiſſum reliquit l. coheredi §. cum filiæ ibi ne fideicommiſſo proprię facultatis filii &c. ĩ. de vulg. ꝙ etiã cõcludunt Bar. & alii in d. §. repletionẽ, exemplificatur etiam in feudo, vel emphiteuſi quæ ad filios tranſeunt noo veluti heredes parentum, ſed ſolum veluti ad filios, quia cum filii dicantur habere ex prouidentia illius primi acquiſitoris, & ſic extra hereditatem & ſubſtantiam parentum non imputantur illis in legitimam de quo tamen dicendum eſt, vt per Ange. Com. Paul. Alex. in l. ſi patroni in princ. j. ad Treb. & per alios relatos per Rip. hic nu. 77. cum ſeq.

93. SECVNDA regula eſt * de his quæ ex bonis parentum in eorum vita ad filios peruenerunt quę regulariter illis in legitimam nõ imputantur, ratio eſt quia cum in morte parentum quo tempore fit dicta imputatio non reperiantur in eorum bonis, ſed in patrimonio filiorum, propterea non poſſunt filiis in legitimam imputari d. §. repletionẽ. Hin eſt, quod non imputantur filio in legitimam ea que parentes in illum cõtulerunt per donationem inter viuos quæ ſit perfecta, & vigore cuius res donata in vita parentum libere fuerit in patrimonium filii tranſlata l. & ſi quando §. & generaliter C. de inoff. l. etiam §. ſed ſi mortis. j. de Bon. lib. l. illud §. ad hec C. de coll. l. ſi non mortis ff. de inoff. Exempla donationis, valide & perfecte in ſui initio, & in parentum vita ſunt, quando donatio fit à matre, vel ab aliquo aſcendente per lineam maternam, quando fit à patre filio emancipato, quando fit à patre filio in poteſtate ꝓpter benemerita glo. & comuniter Doct. in Auctentica vnde ſi pares C. de inoff. & Barto. hic, quando etiam fit filio in poteſtate cum iuramẽto Bal. in l. 3. C. pro don. & eſt comunis opinio vt atteſtatur Alex. conſ. 8. viſis in 2. volum.

94 LIMITATVR predicta regula * In his quæ ex bonis parentum perueniunt in filios ex donatione quæ in ſui initio non ſit perfecta ſed venit perficienda in morte, vt eſt donatio cauſa mortis, & donatio, que confertur

in filium in poteſtate, nec propter benemerita nec ſub iuramento, quæ à principio eſt inualida, ſed in morte perficitur l. donationes quas parentes C. de inoff. ita limitat Bartol. hic per tex. in l. filium quem C. fam. erciſ. & in d. l. et. § ſed & ſi mortis ſequuntur comuniter alii Doct. hic, & in d. l. illud. Ratio huius limitationis eſt quia dominium rei donatę in caſu huius donationis, non fingitur retro quæſitum niſi à die mortis, quando perficitur ipſa donatio Bartol. Paul. & alii, in l. ſi ego ff. de neg. geſt. & declaratum fuit in l. ſi his qui pro emptore circa queſtionem de eſtremo ad quod. & in pen. queſtione ff. de vſuc. & hac ratione patitur Falcidiam l. in donationibus C. ad leg. Fal. habet enim vim relicti, & vltime voluntatis l. cum hic ſtatus §. 1. ff. de don. inter vir. & vx. d. l. in donationibus glo. in Auten. ex teſtamento C. de coll. eſt verum quod Ang. hic Corn. & Dec. in d. l. illud, firmant contrarium in donatione collata in filium in poteſtate quæ à principio ſit inualida, & confirmetur morte, quia tex. in d. l. ſi quando §. & generaliter ſimpliciter & indiſtincte diſponit, non imputari in legitimam, quæ parentes conferunt in filios per ſimplicem donationem inter viuos, qui tamen tex. nihil facit quoniam eius deciſio non videtur pertinere niſi ad illam donationem, quæ in ſui initio eſt valida, & nõ venit perficienda in morte iſta enim donatio ſimpliciter & abſolute dicitur tantummodo donatio inter viuos non autem videtur pertinere ad donationem, quæ in ſui initio ſit inualida, & venit proficiẽda in morte, quia iſta non dicitur ſimpliciter & abſolute donatio inter viuos. Ex quo habet vim relicti, & vltime voluntatis & illi equiparať, immo quoad quid dicitur vltima voluntas d. l. cum hic ſtatus §. 1. d. l. in donationibus, dictum fuit in l. 2. ĩ. de le. primo adducunt & quedam alia, ad quæ patet clara ſolutio ex predictis.

95 Limitatur 2. predicta regula * in his quę à parentibus dantur filiis ea lege ſeu mente, vt in legitimam imputentur d. l. ſed ſi non mortis d. l. etiam §. ſed ſi mortis d. l. ſi quando §. & generaliter Bar. & alii omnes hic. Ratio huius limitationis eſt, vel quia onus imputationis in legitimam imponitur in vita parentis tempore quo fit ipſa datio, & ſufficit rem ipſam, quæ proficiſciť ex parentis ſubſtãtia reperiri in eius patrimonio, eo tempore quo fit ipſa imputatio, vel quia iſta datio cum cenſeatur facta ob cauſam huius imputationis in legitimam niſi ſequeretur dicta cauſa, & imputaretur in legitimam, poſſet retractari veluti facta ob cauſam, cauſa non ſequuta l. 1. & per totum Tit. ff. de cond. ob cauſam, vel quia huiuſmodi donatio cẽſeri debet, veluti donatio cauſa mortis, quia facta contemplatione eius, quod in morte debetur, quam rationem videtur preſupponere tex. in d. l. etiã §. ſed ſi mortis in his verbis, tũc enim, vel quaſi mortis cauſa imputabuntur & dici etiam poteſt, quod filius iuris fictione cenſeatur iſtud habere ex diſpoſitione vltime voluntatis quia datum à parẽte contemplatione legitime, que ab eo ſolum debetur in morte argumento eius, quod habetur in l. Lutius 1. ĩ. de leg. 3. & quod not. Bar. in l. cum quis decedens §. 1. ĩ. de leg. 1. circa ea quę defunctus in vita preſtat legatario occaſione legati ſibi relicto in teſtamento. Et ex iſtis duabus vltimis rationibus poſſet inferi quod vbi in morte parentis filio non deberet legitima quia forte predeceſſiſſet, quod talis donatio facta ea lege, vt imputaretur in legitimam reuocaretur argumento eorum quæ notat Bart. in d. l. cum quis decedens §. primo.

96 Limitatur 3. * in donatis filio ob cauſam dotis, vel donationis propter nuptias, vel in emptionem alicuius militie l. quoniam nouella l. omnimodo §. fi. C. de inoff. Bart. & alii omnes hic circa quam limitationem eſt difficultas, quare iſta imputantur in legitimam, cum tamen non reperiantur in bonis patris tempore mortis ſed in patrimonio filii, ex quo ſtatim poſt donationẽ tranſeunt in eius patrimonium ad quam difficultatem, reſpondet Barto. hic ꝙ ideo imputantur quia donantur ob cauſam. Hęc ratio Bart. poteſt habere duplicem ſenſum Primo quod videantur donata ob cauſam imputationis in legitimam, & iuxta iſtum ſenſum ratio eſſet optima ſi probaretur, quod donata ob cauſam dotis, vel donationis propter nuptias, vel in emptionem militie videantur donata ob hanc cauſam imputationis in legitimam. Secundo modo poteſt intelligi dicta ratio, ꝙ ideo ſit quia donatio non eſt ſimplex ſed ob aliquam cauſam, & iuxta iſtum ſenſum predicta ratio non procederet, quoniam dum predicta iura preciſe loquantur in donatis ob cauſam dotis, vel donationis propter nuptias, vel in emptionem militię videtur preſupponere, aliud eſſe in donatis ob aliam cauſam argumento l. cum pretor ff. de iud. Et quia exceptio firmat regulam in caſibus non exceptuatis l. nam quod liquide ĩ. de pen. leg. confunderetur etiam predicta ratio iuxta predictum ſenſum ex eo quia donatio facta filio ob eius benemerita cenſetur facta ob cauſam Gugliel. Bal. & Sal. in l. illud C. de coll. Alex. in l. ſi donatiões C. eod. Tit. de coll. & Conſ. 8. in ſecundo vol. & tamen non imputantur. Accedit quia cum huiuſmodi cauſe dotis, vel donationis ꝓpter nuptias, vel militie reſpiciant commodum, vel fauorem filii donatarii, non deberent eſſe impedimento quominus donatio cenſeatur ſimplex l. 1. ĩ. de don. Aret. Conſ. 17. ponderatis his. Aliam rationem ad dictam limitationem aſſignat Bal. in l. quoniam in priorib. C. de inoff.

Dec. in d. l. illud quod ideo predicta imputanť in legitimam, quia data ſunt ob cauſam, quæ ē munita ex naturali affectione, & ex neceſſitate tenentur enim parentes ex off. ad dotandum ſi lias, & ad dandum donationē propter nuptias filiis l. qui liberos ff. de rit. nup. l. fi. C. de dot. prom ſed vt dicunt Rip. & alii moder. hic predicta ratio nō tollit difficultatem, quia ſi intuemur neceſſitatem dotandi d. ratio non erit generalis non enim adaptabiť ad data ob cauſam dotis, vel donationis propter nuptias per matrem, vel alium aſcendentem per lineam mater nam qui ad id non tenentur l. neque mulier C. de iur. dot. nec etiam adaptabitur ad donationem ob cauſam militie ad quam pater non tenetur, & ſi volumus intueri naturalem affectionem, & tunc d. ratio non erit vera ex quo militat in donatione ſimplici quæ fit filio, & in ea quæ fit filio emancipato ob cauſam emancipationis, & tamen nō imputantur in legitimam. Preterea non declaratur quare propter dictam rationem cauſe munite naturali affectiōe & ex neceſſitate recedendum ſit á predicta regula, Ratio etiam aſſignata per Rip. hic qui dicit ꝙ hec limitatio ideo procedit, ex quo donatio, ex cauſa dotis, vel donationis propter nuptias ſe competitur cum dicta computatione in legitima, que ratio ſecundum eum non militat in donatione ſimplici conſiſtente in liberalitate, nullo modo ſatisfacit tum quia, ex eo quia donatio, ex cauſa dotis, vel propter nuptias ſe compatiatur cum dicta imputatione, non ſequiť quod ideo cēſeri debeat facta ea mente, vt in legitimam imputetur, tum etiam quia poſito, ꝙ iſtud ſequatur, non tammen declaratur. Quare in donatione ſimplici non preſumatur actum, vt imputetur in legitimam prout in ea que fit ob dotem, vel donationē propter nuptias & ſi Rip. non preſupponit non cenſeri fuiſſe actum vt imputetur in legitimam, quando quid donatur ob dotem, vel donationem propter nuptias, debuit tamen declarare rationem, quare ſit imputandum in legitima non obſtante, ꝙ non reperiatur in patrimonio parentis in eius morte contra predictam regulam.

97 POST ſpoſitis igitur que dicant alii * vera ratio predicte limitationis. Quare donata ob cauſam dotis, & proter nuptias & ob cauſam militie imputentur in legitimam contra predictam regulam ea eſt, quia in donatione ob dictam cauſam actum ſemper videť, quod imputetur in legitimam ad cuius rationis comprobationem aduertendum eſt, quod ideo donata ob dictam cauſam preſumuntur data eo animo, vt imputetur in legitimam, quia cenſentur data ad effectum, vt in dicta cauſa dotis, & donationis, propter nuptias & militie, res data conſeruetur, & cauſa illa dotis & donationis, propter nuptias & militie eſt talis que dicitur eſſe in patrimonio filii, & illud augere, & permanet durante filii vita, vt eſt clarum in cauſa dotis, & donationis propter nuptias l. 1. ff. de iur. dot. & in militia de qua loquitur tex. in d. l. omnimodo §. imputari & attento quod quatenus donata, conſeruatur in dictas cauſas, pater releuatur ab illo onere ad quod aſtringitur ratione legitime. Nam ex quo propter id ſit ꝙ filius habet, vnde ſe poſſit alere pater non tenetur alere ipſum filium l. ſi quis à liberis §. ſed ſi filius ff. de lib. agn. nec tenetur iterum dotare vel cōſtituere aliam donationem propter nuptias. Vnde cum donatum ſit ad effectum vt in talem cauſam conſeruetur per quam parens releuatur ab illis oneribus quibus ratione legitime aſtringebatur, idcirco cenſetur datum eo animo, vt in ipſam legitimam imputetur. Et in hac ratione ego preſuppono quod licet vbi extraneus donat. ex cauſa dotis, vel donationis propter nuptias, donatio videatur facta ſolum ob illam cauſam, vt res donata in dotem, vel in donationem propter nuptias conferatur, ita vt ſequtis nuptiis cenſeatur ſequuta cauſa ob quam facta fuit donatio, & non requiratur ꝙ in dictam cauſam conſeruetur l. ſi extraneus ff. de cond. ob cau. quod tamen aliud ſit in parēte dante dotem, vel donationem propter nuptias quia cenſeatur facta donatio, nō tantum vt res donata in dictam cauſam conferatur, ſed etiam vt in dictam cauſam perpetuo conſeruetur, & ratio differentie inter extraneum & parentem eſt euidens, ex quo non intereſt extranei, quod res donata poſtquam fuit collata in illam cauſam dotis, vel donationis propter nuptias conſeruetur in eundem cauſam, quia propter dictam conſeruationem ipſe extraneus donans nullum commodum conſequitur, ſed aliud eſt in parente, quia propter dictam conſeruationē conſequitur commodum releuatur enim ab onere alimentorum ad que teneretur ſi res donata in dictam cauſam non conſeruatur d. l. ſi quis à liberis §. ſi filius & releuatur ab onere iterum dandi dotem, vel donationem propter nuptiàs pro filio ſuo, ad quod ſaltem ob naturalem pietatem, vel ad euitandū dedecus aſtringeretur eueniente caſu quod filius nō haberet vnde iterum dotem vel donationem propter nuptias conſtitueret. Predictam rationem iudicio meo preſuppoſuit Bar. dum parificat illos duos caſus, quando pater dat filio in premium emancipationis, ea mente vt in legitimā imputetur & quādo dat dotem filie, quoad iſtum effectum, vt vtroque caſu filio in vita pris decedente nepos ex eo teneatus illud, quod datum fuit in legitimam imputare. Nam in hoc videť preſupponere, quod etiam dos videatur dota ea mente filie vt in legitimā imputetur & hanc eamdem rationem iudicio meo ſenſerunt Iac. Butr. in l. pactum, quod dotali C. de coll. &

Bal.in l.quamuis C.de fideic.dum dicunt ꝙ in
datione dotis tempus datę dotis à parente ſue-,
eogatur loco temporis mortis paternę. Hoc.n.
dictum includit,quod in datione, ſeu traditio
ne dotis videatur ſolutum, id quod in morte
parentis poſſet filio debeet oceaſione legitimæ,
& forte eandem rationem preſuppoſuit Bal.in
l. quoniam in prioribus C. de inoff. dum dicit
ideo data ob dotem, vel donationem propter
nuptias in legitimam imputari, quia donat ob
cauſam quæ eſt munita ex neceſſitate, vel ex af
fectione naturali, forte enim intentio eius fuit
vt diceret quod quia datum ad effectum, vt in
futurum prouideatur pro illo onere ad quod
parens donans ex neceſſitate, vel ex affectione
naturali aſteingitur, & ſic ea ratione qua debet
legitima,quod ideo videatue datum ob legiti
mam,& eo propoſito,vt in legitimam imputet
Ex hac ratione ſic declarata reſoluentur plures
alię queſtiones,de pluribus, aliis rebus de qui-
bus Doct. ambigunt an ſint, vel non ſint filiis
in legitimam imputandę, quia ſi in dictis re-
bus donatis militabunt predicta requiſita, &
predicta ratio que militant in donatis ob cau-
ſam dotis, vel donationis propter nuptias, vel
militie dicendum foret,quod ſint in legitimam
imputandę,alias vero ſi non militabunt, ſtan-,
dum erit regule predicte, videlicet quod non
imputentur filiis in legitimam quæ in eos per-
uenerunt ex bonis parentū in eorum vita. Vn
98 de deueniendo ad particularia & primo *.
quoad veſtes & iocalia, que parens extra cau-,
ſam dotis donat filię ad eius ornatum in nup-
tiis quamuis comunis opinio ſit quod ſint im-
putanda filię in legitimam, vt per Paul. Caſtr.
in l.ſi cum dotem §.ſi patee ī.Sol.matr.& conſ.
110.Alex.conſ.31.coll.penult. in 4.& conſil.
7.pater filium in 2. cum pluribus aliis concoe.
de quibus per Rip. hic nu.118. eo quia ſecun-
dum eos dantue ob cauſam nuptiarum & ſunt
apendices dotis,quamuis non dentur in dotem
Veritas tamen iudicio meo eſt in contrarium
videlicet, quod predicta regula procedat in
iſtis veſtibus & iocalibus, & quod in legitimā
non imputentur. Ex quo in ipſis ceſſant requi
ſita,& rationes que militant in dote,& donatio
ne proptee nuptias, cauſa enim nuptiarum ob
quam dictę veſtes & iocalia dantur, non eſt in
pateimonio filiæ nec ſollemnitas nuptiarum
perpetuo ad vitam filię permanet,nec predicta
dantur,vt conſeruentur, ſed ad filiæ ornatum,
ita vt vſu conſumantur,adeo quod nō poſſunt
dici data vllo modo ad eeleuandum parentem
ab illo onere ad quod aſtringitue eatione legi
time,nec etiàm per conſequens eo animo,vt in
99 legitimā imputent igitur &c. * quo etiā ad
impenſas factas pee parentem pro filio in conſe
quutione alicuius beneficii eccleſiaſtici, clarū
etiā eſt ꝙ procedit predicta regula, & quod
non imputantur filio in eius legitimam,quia il
lud beneficium, in cuius cauſam facta fuit do-
natio illarum impenſarum non dicitur eſſe in
patrimonio filii nec illud auget c.2.de don.12
q.2.c.vltimo,quod etiam per predictam ratio
nem firmat Bar.in l.1.§.nec Caſtrēſe ff.de coll.
Bon.Bal.in d. l. omnimodo §. imputari Ang.
Alex.& Rip. hic poſt alios quos referunt, ꝙ.
tamen intelligi debet, quando impenſe predi-
cte fuiſſent donatę filio ſecus autem vbi non eſ
ſent donate, ſed facte animo repetendi ab ipſo
filio prout quando fiunt ex mandatis filii vt j.
dicetur de his que pater ſoluit pro condemna-
100 tione filii * Quo etiā ad ęquos & arma quæ
emit pater,& tradit filio pro militia caſu quo á.
principio valuit donatio clarum etiam eſt,ꝙ p
cedit predicta regula, & quod nō imputantur
in legitimam, quia in hac donatione ceſſant il
la requiſita, & rationes, que militant in dona-
tione ex cauſa dotis, vel donationis propter
nuptias,& militie. Nam iſta militia armata ob
cuius cauſam donantur æqui, & arma non eſt
in pateimonio filii nec eſt perpetua, prout eſt
militia de qua loqditur tex. in d.§. imputari.
Verum eſt tēporalis igitur &c.& equi & arma
non donantur,vt perpetuo ſint, & conſeruent
in dicam militiam, ſed vt in eius vſum cōſumā
tur ita quod non poſſunt dici data ad releuan-
dum parentem ab illo onere ad quod aſtringit
ratione legitimæ,nec per conſequens eo animo
vt imputetur in legitimam igitur&c.Quam ēt
concluſionem firmat Bar. in d.§. nec Caſtrenſe
& communiter Doct. vt hic refert Rip. nu. 167
101 * Quo etiam ad impenſas, quas animo do-
nandi parentes faciunt pro filiis in conſequu-
tione Doctoratus, & in emptionem librorum
& quo ad ipſos libros emptos & donatos filiis
in caſu quo don. fuit valida, clarum & indu-
bitatum eſt.quod non imputantur in legitimā
& quod procedit predicta regula, quia in iſtis
ceſſant illa requiſita, & rationes, que militant
in donatis ob cauſam dotis,vel donatiōis prop
ter nuptias,vel emptiōis militie. Nam hec cau
ſa doctoratus, vel alterius dignitatis,non dicit
etiam in patrimonio filii, nec eius patrimoniū
auget, cum non poſſit vendi, nec ad heredem
tranſmitti. Vnde cum pecunia expenſa dona-
ta ſit & conſumpta in illam cauſam que non au
get patrimonium, propterea ſequitur, ꝙ non
poſſit imputari, idem etiam in libris donatis
per predictam rationem. Et quia dati ſunt,non
vt in dictam cauſam perpetuo conſeruentur,
ſed vt vſu conſumarentur,quam etiam conclu
ſionem firmat Bart.in d.§. nec Caſteenſe & co-
muniter Doct.vt atteſtatur Alex. in l.ſi dona-
tione C. de coll. & Iaſ. in l. filio licet eod. Tir.
102 * Quo etiam ad pecuniam quam patee ſol
uit pro condemnatione filii,qui aliquod debi-
tum commiſit,vel pro redemptione filii ab ho

ſtibus

ſtibus, in caſu quo cēſetur ſoluta animo donan
di, clarum & indubitatum eſt, ꝙ procedit predi
cta regula, & ꝙ non imputatur filio in legiti-
mam, vt ēt firmat Bart. in l. ſtichus col. 2. ad fi.
ſ. de pec. leg. & quę ſequunť coiter Doc. vt hic
atteſtatur Alex. col. 14. verſi. quantum vero ad
pecuniam, nam illa cauſa liberationis filii, vel á
pena, vel á captiuitate, ob quam facta fuit dona
tio non pertinet ad augendum eius patrimoniū
nec ēt dicit eſſe in eius patrimonio. Vnde cum
pecunia ipſa ſoluta cōſumpta ſit nec exiſtat, nec
donata ſit in talem cauſam que augeat patrimo
nium filii, ſequiť ꝙ in iſta donatione ceſſant re-
quiſita & rōnes quæ militant in donōne ex cau-
ſa dotis, & donationis propter nuptias, & em-
ptionis militiæ, & propterea ꝙ non ſit imputan
da in legitimam, ſed procedat pdicta regula. Eſt
verum ꝙ Rip. nu. 183. poſt Fab. in auc. nouiſſ.
C. de inoff. quem refert, tenuit contrarium per
quaſdam rōnes, q̄ nihil faciunt, & propterea nō
refero, quia ad rōnem ipſorum clara colligitur
ſolutio ex predictis. Prędicta tamen cōcluſio ꝓ
cedit, vt dixi, in ea pecunia, quam parens ſoluit,
vel cenſeť ſoluiſſe aīo donandi, & aīo non repe
tendi, nō aūt in pecunia quam ſoluit, nō aīo do
nandi, ſed repetendi, puta quia parens in ſolōne
illud expreſſit, vel quia ſoluit veluti fideiuſſor
filii, vel tanq̄ coactus per ſtatutum ad ſoluendū
pro filio cōdēnato. Nam quia pro dicta pecunia
filius eſſet debitor patris, propterea in eius par-
tē ſeu legitimam, filio deberet aſſignari, vt con
cludit Bart. in d. l. ſtichus, coiter Doc. hic vt per
103 Alex. col. 14. * Quo ēt ad ea que pater donat
filio in premium emancipationis vbi non ſuit ex-
preſſum ꝙ in legitimam imputarenť clarum &
indubitatū ēt eſt ꝙ non imputarť in legitimam
ſed ꝙ procedit pdicta regula ceſſant. n. in his il-
la requiſita, & rōnes quæ militant in donatis ob
cauſam dotis vel do: ōnis propter nup. ſeu em-
ptionis militiæ nam cauſa emancipationis ob
quam danť nō auget patrimoniū filii, nec in eius
patrimonio pōt imputari, nec ea que data ſunt
ob cauſam emancipationis, cenſeri poſſunt da-
ta vt in dictam cauſam conſeruenť, ſed filius aſ-
ſequitur liberam facultatē diſponendi de illis in
q̄libet aliam cauſam, & ideo nō poſſunt cenſeri
data ad eum effectum, vt in futurum releuat pa
trē ab illo onere ad quod aſtringitur rōne legiti
mæ nec pariter cenſeri poſſunt data eo propoſi
to vt in legitimam imputenť, quam cōcluſionē
ēt firmat Bar. hic & in l. peto in princ. ſ. de leg.
2. ſequunť coiter Doct. hic & in l. ſancimus §. re
pletione. C. de inoff. cum pluribus aliis cōcord.
de quibus per Rip. hic nu. 189. Eſt verum ꝙ Ni
colaus matt. qu ē referr Bal. in l. vl. liberis & h
illud C. de coll. tenuit ꝙ imputarenť, quia ſunt
data ob cauſam emancipationis q̄ tamē rō nihil
facit, vt patet ex pdictis, & ſi dicať ꝙ illud quod
datur filio emancipato, tempore emancipatio-
nis præſumitur datum ad hoc vt filius ſuſcipiat
onus alendi ſemetipſum, & curandi negocia ſua
ſeparatim à patre, & vt pater à dicto onere libe-
retur prætextu. n. eius ꝙ pater dedit filio rele-
tiatur ab onere alendi ipſum filium emancipa-
tum cum filius habeat aliunde vnde ſe alat d. l.
ſi quis ex liberis §. 1. ff. de lib. agn. Et ꝙ ideo vi
deantur militare rationes ſupra conſideratæ in
donatis ob cauſam dotis, & donationis propter
nuptias. Ad iſtud reſpondetur ꝙ ad effectum,
vt res donata cenſeať data eo animo vt impute
tur in legitimam non ſufficit ꝙ occaſione dictæ
rei donatę parēs releuetur ab onere alēdi filium
quia hoc actēto qnelibet donatio, quamuis ſim
plex eſſet imputanda in legitimam contra text.
in d. l. ſi quando §. & generaliter C. de inoff. &
d. l. illud §. adhec C. de coll. quia dum id quod
donatum fuit exiſtit, & ſuff. cit pro alimentis fi-
lii, pater non tenetur illum alere, ſed requiritur
ꝙ datum ſit, ita vt conſeruetur in aliquam cau-
ſam vſque ad mortem parentis, per quam parēs
vſque ad eius mortem releuetur ab ipſo onere
alendi filium, tunc. n. quando actum fuit ꝙ in ta
lem cauſam conſeruetur quæ debet in filii patri
monio permanere vſque ad parentis mortem,
colligitur quod actum videatur, vt filius illud
habeat in legitima ſua, quę ſibi in morte donan
104 tis debetur, * quare autem dicatur datum fi
lio in premium emancipationis cum tamen pre
mium, emancipationis eſſet magis debēdum pa
tri, qui dat libertatem filio, q̄ filio qui illam aſſe
quitur, vt etiam dicit Bart. in d. l. 1. §. nec caſtren
ſe ſ. de coll. bon. Ego poſtpoſitis quæ circa hoc
dixerint hic Pic. & Rip. dico iſtud eſſe quia de
iure antiquo, filius propter emancipationem
amittebat quaſi dominium, & iuſſuitatis quod
ad illum pertinet in bonis paternis, hac ratione
donatio dicebatur fieri in premium emancipa-
tionis, quia in premium illius domini, & iur s
ſuccedendi quo priuabatur filius in ipſa eman-
cipatione, & licet de iure noui ſimo filius non
obſtante emancipatione retineat illud ius, ex
quo ſublata fuit differentia emancipationis &
patriæ poteſtatis §. nullam vero in Auc. de he-
red. ab int. ven. permanſit tamen illud nomen
quod huic donationi fuerat attributum, quem
admodum in ſimili videmus, quòd legitima re-
tinuit nomē quartæ, quamuis de iure hodierno
excedat quartam vt ſ. dictum fuit.

Ex prædictis habes quòd prędicta regula, vi
delicet vt non imputentur in legitimam, quę pa
rentes in vita donant filiis, quando à principio
donatio eſt valida & perfecta, generaliter & in
diſtinctè procedit præterquam in his quæ ex-
preſſe donantur ea lege, vt imputentur in legi-
timam, & præterquam in his quæ donantur ob
cauſam dotis, & donationis propter nuptias, &
emptionis militiæ, de quibus ſolum loquiť tex.
in d. l. quoniam nouella, & d. l. omnimodo §. im
putari C. de inoff. teſt.

Circa tamen iſta, quę imputātur filio in legi-

timam,quia vel donãtur ea lege,vt in legitimã
imputenť,vel in prædictas cauſas dotis,& dona
rionis propter nup.ſuperſunr duę dubõnes.Pri
105 ma eſt gd in caſu quo iſta quę donata ſunt
non exiſtant tp̃e mortis dicti parentis donantis
ſed ſint in totum vel pro parte conſumpta, an
ſint in totum imputanda,an vero ſolum pro il-
la parte quæ ſupereſt. Ad hanc qõnem reſpon-
detur ꝙ ſeruanda eſt diſtinctio,quã circa colla-
tionem facit tex. in Auc. ꝙ locum C.de coll.
Videlicet ꝙ veniat conferenda pars quæ ſit cõ
ſumpta,quando poteſt attribui aliqua culpa fi-
lio,quare ſit conſumpta,alais non, ita etiam di-
cendum ſit in propoſito noſtro, vt id quod fuit
datum veniat imputandum etiam pro ea parte
pro qua fuit conſumptum, vbi filio poſſet attri
buj culpa,quare ſit conſumptum alias non,& ſi
inſtares,quo caſu poſſit attribui culpa filio qua
re res donata ſit conſumpta,reſpondetur ꝙ vbi
donatum fuit expreſſe,vt in legitimam impute
tur,nec donatum fuit vt in aliquam cauſam cõ
ſeruetur,ſemper poteſt attribui culpa filio,ſi in
aliqua parte res donata ſit conſumpta etiam ꝙ
caſu fortuito interiret. Potuit .n. filius rem do
natam alienare,& hoc medio euitare,ne ſui pe-
riculo vel dãno interiret, ſed in donatis ob do
tem,vel propter nup.vel in emptionem militię,
quia filius tenetur rem donatam conſeruare in
illam cauſam,& non poteſt de ea in aliam cau-
ſam diſponere , non potuit attribui culpa filio,
quare ſit conſumpta, dum in dictam cauſam cõ
ſeruatur,præterq̃ in his caſibus in quibus filius
poteſt euitare ne conſumeť,q̃uis in eandem cau
ſam cõſeruetur,vt colligatur ex tex.in d. Auc.
quod locum,ad quod etiam facit tex.in d.l.om
nimodo §. imputari dum ibi diciť,ꝙ ea pars eſti
mationis in qua fuit deteriorata militia , ex eo
quia per aliquod tempus filius ipſam militiam
obtinuit,nõ imputať filio in legitimam.
106 Alia eſt dubitatio * An data à parẽte filio,
& quæ in legitimam imputanť illo filio defun-
cto ante mortem parentis,ſint in legitimam de-
bitam deſcendentibus ex ipſo filio imputanda.
Et quia in tribus caſibus donata filio imputanť
in legitimam , videlicet quãdo danť ob cauſam
dotis,vel donationis propter nupt. ſeu in em-
ptionẽ militię, & quando expreſſe danť ſub illa
lege,vt in legitimam imputenť,& quando dan
tur non aĩo donandi, ſed repetendi, ideo viden
dũ eſt,an in iſtis tribus caſibus mortuo filio an-
te parentẽ, imputanda veniant nepotibus , aut
aliis deſcendentibus ex illo filio . Et quo ad pri
mum de donantis filio ob cauſam dotis,& dona
tionis propter nup.& emptionis militiæ coĩter
Doct. conſtituunt duas concluſiones.Prima eſt
ꝙ nõ ĩputanť vbi dos vel donatio propter nup.
peruenit ad nepotes,& deſcendentes ex filio,ve
lut heredes filii,ita Bart.hic & in l. poſt dotẽ in
quarta queſtione & in l. ſi cum dotem in princ.
ſupra ſolut.matr. Alex, Çorn. & communiter
Moder. in l.illam C. de coll. cum pluribus cõ
cordantibus relatis per Rip.hic nu.191.& ſeq.
adducunt pro hac concluſione ꝙ in caſu iſto ne
potes ex filio, vel filia,non dicunť habere illam
dotem ſeu donationẽ propter nup. ex ſubſtan-
tia aui,qui illã dedit,ſed à matre vel patre ſuo,
cui ſucceſſerunt,igitur nõ debet imputari in le-
gitimam,quæ debetur nepotibus in bonis aui,
& quam debent habere ex eius ſubſtantia l.ſci-
mus §. repletione C. de inoff. exemplificatur
iſta concluſio pluribus modis,primo quãdo da
ta fuiſſet dos,vel donatio propter nup.filiæ ſeu
filio emancipato,vel qui alio modo fuiſſent effe
cti ſui iuris in vita patris . Nam dos & donatio
propter nupt.fuiſſet pleno iure,in perſona filio
rũ cõſolidata l.i.§.videamus C.de rei vx.act.&
tranſiret ad nepotes,vti hęredes filiorũ. Secun-
do,quãdo dos vel donatio propter nup. fuiſſet
data a matre vel alio aſcendente per lineam ma
ternã d.l.i.§.accedit C. de rei vx.act. Tertio ca
ſu quãdo pater fuiſſet ſtipulatus dotem ſibi red
di tantũmodo in caſu non exiſtentiũ liberorũ.
Iſto .n. caſu dos veluti ex tacito pacto apud fi-
lios remaneret veluti hęredes matris l. inter ſo-
cerũ §.cum inter ff.de pact.dot.Bart.in d.l.poſt
dotẽ in quarta qõne , quod &t multo magis pro
cederet ſi pater ſtipulatus eſſet dotem reddi fi-
lię & eius heredibus in caſu ſoluti matrimonii,
quia iſto caſu ex pacto expreſſo pertineret ad fi
lios,veluti heredes matris. Anchar. conſil. 50.
Vltimo,quando extaret ſtatutũ ꝙ nullo pacto
interpoſito dos non reuertať ad patrem,ſed per
ueniat in filios filiæ,nam perueniret ad ipſos fi-
lios veluti heredes filiæ Bar. in d.l.poſt dotem
cum pluribus cõcor.de quibus per Rip.hic nu.
194. Cõtrariã opin. ꝙ imo dos & donatio pro
pter nupt. non obſtan. ꝙ perueniat ad nepotes
veluti heredes filii ſeu filię ſit illis in dictam legi
timã ĩputanda cõcludit Rip.hic poſt fabianum
in auc.nouiſſ. quẽ refert idẽ Rip.in lib. i. reſpõ
107 ſorũ c.6.adducunt tex. * in l. quoniã nouel
la C.de inoff.quatenus ille tex.facit iſtam cõſe-
quentiam,ꝙ ſicut dos & donatio propter nup.
venit conferẽda,ꝙ ideo etiam veniat imputan-
da. Vnde cum dos & donatio propter nup. ab
ipſis nepotibus debeat conferri, vt dicit tex. in
l. illam §. fi. C. de coll. ſequitur quòd eodem
modo ab ipſis nepotibus, debeat imputari per
illam conſequentiam quam facit tex . in d. l.
quoniam nouella . Et quamuis tex . in l. illud
§. primo C. de coll. non admictat iſtam conſe-
tiam ꝙ ſi quid veniat conferendũ,igitur veniat
in legitimam imputandũ,attamen ſecundũ eos
dicta cõſequentia procedere videť in dote & do
natione propter nuptias , vt preſupponit text.
in d. l. quoniam nouella ad quem text. dantur
duæ ſolutiones. Prima eſt ꝙ loquitur ſolum in
filio ſeu filia quibus pater dedit dotẽ vel dona
tionẽ propter nup.nõ aũt in nepotibus ipſorũ ita
ꝙ p̃ſupponere videť dictã cõſequẽtiam ſolũ in

ipſis filiis, non autem in eorum nepotibus, que ſolutio reiicitur per Bart. hic ea rõne, quia tex. ille abſolute et generaliter determinat dotem, ſeu donationem propter nuptias eſſe in legitimã imputandã, & non exprimit cui. Vnde intelligi debet generaliter, non tantũ in filiis, quibus parens dedit, ſed ẽt in nepotibus ipſorũ argumẽt. l. 1. §. & generaliter j. de leg. preſt. Alio ẽt mõ reprobaẽ per Rip. hic, ea rõne quia conſtitutio Leonis de conferenda dote, vel donatio. propter nuptias, de qua ĩ l. vt liberis C. de coll. declaratur & ampliatur per Iuſtin. in d l. illam ad nepotes ex filia dotata, vt dotẽ matris conferant, vnde cum deciſio d. l. quoniã nouella referat ſe ad dictã conſtitutionem Leonis dicẽdum eſt, ꝙ intelligatur ẽt ſecundũ ampliationẽ d. l. illã vt ſic intelligatur in nepotibus ex filia, tũ quia relatiũ cenſetur eſſe in referente, l. eſſe toto ĩ. de her. inſt. tum quia lex noua declaratoria legis antique ſe extendit ad oẽs caſus comprehenſos in lege antiqua l. nõ eſt nouũ ff. de leg. glo. in c. is qui de dec. Alio mõ reſpõdetur ꝙ licet tex. d. l. quoniam nouella intelligatur in nepotibus ex filia intelligi debet tamen in caſu quando nepotes ex filia habent dotem ſeu donationẽ propter nuptias ex ſubſtantia aui, qui illam dedit non ãt vti heredes matris ſuæ. Quã ſolõnem etiã reprehendit Rip. hic, ex quo tex. ille loquitur ẽt in matre dante dotem vel donationem propter nuptias pro filio ſeu filia, quæ oĩno ad nepotes ex ea peruenit veluti heredes, vnde preſuppoſito ꝙ tex. ille intelligatur de nepotibus ex filio ſecundum eum oĩno dicendum foret ꝙ in eo deciditur vt teneantur imputare quocunque iure illam dotẽ habuerint, quod etiam dicebat Bal. in d. l. illam com. conſil. x. & Pic. hic. ſaluando tamen predictam ſolutionem dici poſſet ꝙ dũ tex. ille in finalibus verbis requirit ꝙ ad hoc, vt debeat dos vel donatio propter nuptias imputari in legitimam, requiritur ꝙ ſit profecta ex ſubſtantia illius, de cuius hereditate agitur, videtur excludere illos nepotes ex filia, ad quos dos ipſa peruenit, non vt ex ſubſtãtia aui, qui illam dedit, ſed velut heredes matris, illã .n. videntur habere, non tanq̃ profectam ex ſubſtantia aui, de cuius hereditate agitur, ſed veluti exiſtentem & cõprehenſam in hereditate matris, adducunt etiã quia in datione dotis, tempus date dotis ſubrogatur loco temporis mortis paterne ſecũdum Iac. butr. in l. pactum quod dotali C. de coll. & Bal. in l. quãuis C. de fideic. Igitur ſicut nepotes imputarẽt dotẽ in legitimã, ſi dos fuiſſet data poſt mortẽ parentis, ita ẽt quando fuit tradita ante, quia tẽpus traditionis ſubrogatur loco tẽporis mortis, ſed iſtud argumentum parũ vrget, quia id quod dicĩ tẽpus date dotis ſubrogati loco tp̃is mortis. Procedit vbi ille cui tradita fuit in morte poſſet deberi legitima, nã tũc videri debet, ſibi tradita loco eius legitime, que ſibi in morte deberẽ, nõ ãt quando illi cui tradita fuit, nõ debeẽ legitima ſed alteri, prout in caſu noſtro quando filia cui dos data fuit, deceſſit viuo patre, nã legitima ĩ bonis aui debeẽ nepoti ex ea, adducunt ĩſuper quia nepotes nõ debẽt poſſe recuſare hanc ĩputationẽ quam nõ poterat recuſare mater ſua cuius ſũt heredes l. poſtulante §. i. j. ad Treb. & attento ꝙ ex varietate ſucceſſoris nõ debet variari condõ obliga. l. ii. §. ex his j. de verb. ob. & quia dos videtur perueniſſe ad nepotes cum ea cã imputationis cum qua erat apud matrẽ l. cum a matre C. de rei vend. l. venditricis C. de reb. alie. non alien. Sed p̃dicte rõnes procederent p̃ſuppoſito ꝙ illa obligõ imputõnis dotis in legitimam que videbaẽ eſſe in filia tranſiret ad eius heredes, & ꝙ nepotes ex filia eſſent obligati ad d. imputationem veluti heredes filie, nõ ãt ex propria perſona, et iſtud eſt de quo dubitaẽ, imo tenẽtes cõem p̃ſupponunt totum cõtrarium, videlicet hanc obligõnem ĩputationis nõ tranſire ad heredes filie, & tenẽtes iſtam ſecundã opi. nõ reſpõdent ad tex. in d. l. ſcimus §. repletionem C. de inoff. nec ad ea q̃ adducunẽ ꝓ cõi. Ego tamen amplector iſtam ſecundã opin. videlicet ꝙ dos & don. propter nuptias ſit ĩputanda in legitimam nepotibus ex filio. q̃uis ad eos perueniret velut heredes filii. Moueor quia dos & don. propter nupt. cenſeẽ data filio eo propoſito, vt ſibi imputeẽ in legitimam, vt ſ. dictum fuit. Et vltra p̃dicta hoc ẽt manifeſte patet, quia cum ſui natura ĩputenẽ in legitimam d. l. quoniam nouella ſequiẽ ꝙ videanẽ data eo aĩo, vt in legitimam ĩputeẽ argumẽto l. ſi duo ff. de acq. here. Stante igiẽ hoc quod nõ põt negari, ꝙ dos & don. propter nup. cenſeaẽ data eo ꝓpoſito vt filio in legitimam ĩputeẽ, ſequiẽ ꝙ oĩno nepotibus ex ipſo filio ſit ĩputanda in legitimam, q̃uis illã habeant vti heredes matris ſue. Iſta cõſequẽtia patet, qa cum nepotib. debeaẽ eadẽ met legitima q̃ debeẽ filio l. papinianus §. quoniam ãt quarta ff. de inoff. §. i. in auc. de trien. & ſem. Sal. in auc. nouiſſima in 6. qõne C. de inoff. propterea ſequiẽ ꝙ dos & do. propter nup. cẽſeri debet data filio nõ ſolum ob legitimam q̃ illi poſſet deberi, ſed ẽt propter legitimam q̃ poſſet deberi nepotibus ex eo, quoniam eſt vna & eadẽ legitima, quo ſtante ſequiẽ ꝙ filius cui data ſit dos, vel do. propter nup. & ſuceſſiue heredes ipſius teneneẽ facere, ꝙ ĩputeẽ in legitimam, & in eius ſolõnem cedat, cum data cenſeneẽ ob d. cauſam, nec obſtat tex. in d. §. repletionẽ, quia reſpõdeẽ ꝙ procedit quando onus ĩputationis ĩponiẽ in morte, tunc. n. requiriẽ vt id quod ſit in legitimam ĩputandum, accipiaẽ ex ſubſtantia quam defunctus tẽpore mortis reliquit, ſed non procedit quando onus imputationis imponitur in vita, quia ſufficit ſi accipiatur ex patrimonio

ipſius, tempore, quo onus illud imponit. Nam
cum datum cēſeatur ob hanc cauſam, vt impu
tetur in ipſam legitimam ſequitur quod niſi in
dictam cauſam imputaret quod poſſet retracta
ri argumento l. prime ff. de cond. ob cauſam, &
hac ratione, quoad fictionem cenſeri debet ac-
cipi ex patrimonio parentis, ꝙ habet in morte,
cum datum ſit de ſolutionem legitime, quæ in
morte debet per l. cum quo §. fi. ī. eod. & ea que
ī. dicta fuerunt in articulo imputationis in Fal
cidiam in ſecunda regula. Quinimo videri de-
bet datum, veluti ex cauſa mortis l. etiam §. ſed
ſi mortis. j. de Bon. libr. & eorum quæ habent
in l. Lutius ī. de leg. 3. & que not. Bar. in l. cum
quis decedens §. 1. ī. de leg. 3. vt dictum fuit. ī.
in ſecunda limitatione.

108 Secunda concluſio eſt * quod dos eſſet
nepotibus ex filia in legitimam imputāda, quā
do ad eos non peruenit vti heredes filie quia i-
ſto caſu dicerentur habere dotem ab auo & ex
eius ſubſtantia, & ideo etiam ſecundum deciſio
nem d. §. repletionem eſſet in legitimam impu
tanda, & omnino ꝓcederet deciſio d. l. quoniā
nouella, ita Bar. hic & in d. l. poſt dotē, ſequun
tur comuniter Doct. hic, & in d. l. illam C. de
coll. quos etiam hic, refert Rip. nu. 195. exem-
plum huius concluſionis eſt, in caſu quando pa
ter dediſſet dotem pro filiæ que in eius poteſta
te eſſet defuncta, nam cum filia nec in dote, nec
in aliis profectitiis poſſet habere heredem l. 1.
& 2. j. de Caſtr. pec. l. Nupta. ī. Sol. matr. §. pri
mo in Auct. de hered. ab int. & dos de iure co-
muni deberet reuerti ad patrem l. dos à patre
C. ſol. matr. Et quamuis ex conſuetudine in ca
ſu exiſtentium filiorum dos non reuertatur ad
patrem, ſed debet apud maritum remanere, ta-
men vigore d. conſuetudinis dos non attribuit
matri. ſed aufertur ab auo, & inmediate attri-
buitur nepotibus ex ipſa filia, ita vt dicti nepo
tes, dicantur habere illam dotem ab auo, & ex
eius ſubſtā, non autem à matre ſeu eius ſucceſ-
ſione, quamuis Bal. in d. l. illā & Com. conſ. 10.
tenuerint quod etiam vigore huius conſuetu-
dinis nepotes dicantur habere dotem veluti he
redes matris, ſed comuniter reprobantur. Iſta
ſecunda concluſio, eſt indubitata maxima actē
tis, his que dicta ī. fuerūt in ꝑcedenti concluſio
ne. Concludendum igitur eſt quod dos & do-
natio propter nuptias, omnino veniant nepoti
bus, ex filio ſeu filia in legitimam imputanda
prout eidem filio ſeu filie eſſet imputanda, pro
ut etiā cōcludit Rip. hic poſt alios quos retulit

109 Quo etiā * ad ea que dantur filio expreſ
ſe ſub ea lege, vt in legitimam imputent proue
quando ea lege donantur emancipato, quam-
uis in his ſint opiniones quia Bar. in d. l. poſt do
tem in quarta queſtione, & in l. ſi cum dotem
in principio ī. ſol. matr. Im. Alex. Rip. & comu
niter alii hic tenēt nō imputari nepotibus mor
tuo filio in vita patris, & contrarium, quod im
mo imputentur nepotibus firmant Iac. Butr.
Bal. & Sal. in d. l. Scimus. §. repletionem Ang.
& Pic. hic Attamen iudicio meo vera & indu-
bitata eſt iſta opinio, quod imputanda ſint ne-
potibus ex ipſo filio per ea que ſupradicta ſunt
in precedēti caſu, que multo magis procedunt
in caſu preſenti, quando expreſſe data fuerunt
ea lege, vt in legitimam imputent. Ex quibus
patet ſol. ad omnia que ī. adducta ſunt in con-
trarium. Quid tamen in caſu quo data filio ex
preſſe, vel tacite, vt imputentur in legitimam,
non peruenirent ad nepotes ex eo, quia vel reli
quiſſet ipſe filius heredes extraneos, non autem
ipſos nepotes, vel forte conſumpſiſſet ea que ſi
bi data fuerunt, non poſſumus dicere quod ſint
nepotibus imputanda cum ad eos non perue-
rint ad hoc reſpondetur, quod ex quo datum
cenſetur filio ob cauſam, vt in legitimam impu
tetur, & cōſequenter filius tenetur facere quod
illud imputetur in legitimam, que obligatio
tranſit ad quoſcunque heredes filii, prout tran
ſiret ſi eſſet datum ob quamcunque aliam cau-
ſam vt ī. dictum fuit idcirco in caſu quo here-
ditas filii perueniret non ad nepotes ex eo, ſed
ad alios extraneos heredes predicti heredes
obligati erunt facere, vt illud datum imputet
nepotibus in legitimā, quia illa obligatio que
erat in filio tranſit ad eos, & ſic tenebuntur, vel
dare nepotibus ex filio id quod habuit filius
ad hoc vt illud imputent ſibi in legitimam, vel
reſtituere heredibus patris, tamquam non ſe-
quuta cauſa ob quam datum fuit. In caſu vero
quo filius in vita illud conſumpſiſſet, & hoc re
ſpectu ad nepotes ex eo, non perueniſſet ſi qui-
dem preſupponimus nepotes extitiſſe heredes
filie ſine beneficio inuentarii omnino imputa-
retur ſibi in legitimam id quod datum fuit fi-
lio, quia obligatio imputandi illud in legitimā
inſolidum in caſu iſto ad eos tranſit, vbi vero
fuiſſent heredes cū beneficio inuētarii quia nō
tenerentur ad iſtud onus imputationis, niſi iux
ta vires hereditatis filii prout non tenentur ad
aliud es alienum quod ſit in hereditate, filii nō
imputarent in legitimam, niſi ad ratā eius, ꝙ
percipere poſſent ex bonis & hereditatis filii
argumēto eorūque habent ī l. fi. C. de iur. deli.

110 Quo etiam * ad ea que dantur filio nō
animo donandi ſed repetendi nulla poteſt eſſe
difficultas quia ſicut illud erat imputandum fi
lio in eius partem ſeu in eius legitimam, ſi ſu-
peruixiſſet ea ratione quia filius ꝓ eo eſſet obli
gatus, Bar. in l. ſticus coll. 2. ſupra de pec. leg.
argumento tex. in l. heredes §. ſi filius ff. fam.
erciſ. pari ratione ſi nepotes erunt heredes filii
premortui, quia ad eos vti heredes tranſibit di
cta obligatio filii, tenerent ſibi in ſuam partē
vel legitimam imputat, quemadmodum tenē
tur imputare id omne quod deberet à quocūq;
alio

alio cuius ipſi eſſent heredes, vel quod ab illis
ex propria perſona deberetur d.l.hore.des §.ſi
filius. Vbi vero nepotes non eſſent heredes ip
ſius filii, tunc non imputarent quia ad eos, non
tranſit d.obligatio, ſed id quod debet filius pa
renti, per heredes parentis, exigeretur ab here
dibus filii, ſeu in bonis eius. Ex quibus habes
quod omnia quæ imputantur filio in legitim-
mam, eo predefuncto eſſent nepotibus ex eo ſi
militer in legitimam imputanda, dummodo
hereditas filii ad eos perueniat.

121 Tertia regula eſt * de his quę ex paren
tis ſubſtantia in eius morte ad filios perueniũe
nam regulariter imputantur illis in legitimam
non ſolum ſi iure inſtitutionis ſed etiam ſi iure
legati, vel fideicommiſſi aut quocunque alio
tit. peruenerint l.omnimodo l.ſcimus in princ.
Auct.nouiſſima C.de inoff. Quinimo imputat̃
id quod ex donatione cauſa mor. peruenit l.&
§.pen.ff de Bon.lib.l.ſed ſi mortis ff de inoff.&
etiam id quod peruenit ex donatione, quæ per
mortem confirmatur, vt dictum fuit ſ. in prece
denti regula iuxta quam regulam ſunt alique
122 dubitationes. Prima eſt * que ſit ratio
quare plura imputent̃ filiis in legitimam, quã
imputentur heredibus grauatis in Falcidiam,
ſeu Trebellianicam. Doct. poſt Bar. hic dicunt
rationem eſſe quia Falcidia, ſeu Trebellianica
detrahit̃ occaſione teſtamẽti, propterea in ea,
ſolum imputatur id quod accipitur ex teſtamẽ
to, nõ autem id quod ex donatione cauſa mor
tis, vel donatione quæ per mortem confirmat̃,
quæ ratio ceſſat in legitima, quia debetur iure
nature. Vnde in ea imputantur, etiam illa quæ
capiuntur extra teſtamentũ. Sed iudicio meo
melior ratio eſt, quia Falcidia & Trebellianica
eſt quota pars hereditatis, ex qua heres gra-
uatus eſt inſtitutus. Vnde non poteſt imputari
in ea niſi id quod accipitur ex ea parte heredita
tis, ex qua ipſemet heres fuit inſtitutus, vt di-
ctum fuit ſ. in tractatu imputationis in Falcid.
& Trebellianicam, ſed ex quo legitima eſt quo
ta pars patrimonii, quod defunctus reliquit tẽ
pore mortis l.cum queritur C.de inoff. l. 2. &
quod ibi not. C.de inoff.don.l. Papinianus §.ſi
quis mortis ff.de inoff. propterea imputatur id
omne quod accipitur ex patrimonio, quod de
functus in morte reliquit, quocunque tit. illud
123 accipiatur. Alia dubitatio eſt * An pre
dicta regula procedat etiam, quod in teſtamen
to, nil eſſet relictum filio tit. inſtitutionis Bar.
concludit quod non motus quia hoc caſu de iu
re nouiſſimo teſtamentum eſſet in validum §.
aliud quoque capitulum in Aucten. vt cum de
app.cogn.§.1.in Autc.de trien.& ſem.& prop
terea nõ eſſet tractandum de imputatione alio
rum relictorum, cum res eſſet redacta ad cau-
ſam inteſtati Rip. tamen hic dixit quod etiam
in caſu iſto, quãdo nil ẽ relictũ filio iure inſtitu
tionis, poſſet tractari, de imputatione in legiti-
mam ſuper his que filio alio tit. in illo teſtamẽ-
to relinquuntur, vbi in teſtamento eſſet appoſi
ta clauſula codicilaris, quia vigore illius clau-
ſule teſtamentum ſubſtineretur, veluti codicil
lus, vel donatio cauſa mortis. Et relita facta fi-
lio ſubſtinerentur veluti data à venientibus ab
inteſtato l.generaliter §.ex teſtamento ff. de fi-
deic.lib.l.eam quam C.de fideic. Iſtud dictum
Rip. non poteſt procedere quia & ſi vigore di-
ctæ clauſule ſubſtineretur inſtitutio in vim fi-
deicommis. & relicta facta aliis perſonis pre-
terquam filio eſſent valida, & deberent, veluti
relicta, à venientibus ab inteſtato, non tamen
poſſẽt eſſe valida relicta facta ipſis filiis, ex quo
hereditas ex cauſa inteſtati, in caſu predicto de
fertur filio, & legata facta ipſi filio viderent̃ re
cta ſibi à ſemetipſo, dum videntur relicta à ve-
nientibus ab inteſtato. Et propterea per filium
caperentur iure hereditario l. qui filiabus §. fi.
& cum l.ſeq. l.plane §. ſi duobus l.legatum eſt
§.1.ſupra de leg. primo. Quinimo ex quo he-
reditas patris ex cauſa inteſtati perueniret ad
filium, filius nõ poſſet petere ſolam legitimam
& illam ſeparare ab alia hereditate Bar. in l.ge
rit coll. ſexta ad fi. ſupra de acq.hered.

124 Tertia eſt dubitatio * An filius cogatur
habere legitimam in his rebus que pater reli-
quit filio per aliquam diſpoſitionẽ vltime vo-
luntatis, ita quod filius cogatur acceptare il-
lud relictum, & non poſſit illud repudiare, &
dicere, ꝙ vult habere legitimam ſuam in aliis
rebus hereditariis. In hac dubitatione ſunt due
concluſiones comunes, & vere. Prima eſt, ꝙ ſi
pater reliquit filio aliquod corpus hereditariũ
cogatur habere legitimam in ipſo corpore ſibi
relicto. Ratio eſt, quia cum filius ſolum poſſit
petere id quod deeſt ad ſupplementum legiti-
me d.l. omnimodo, & de iure ff.orum, non ha-
beret querelam inoff. niſi in eo, quod deeſt ad
ſupplendã legitimã l. ſi non mortis ff. de inoff.
neceſſe eſt, quod filius cogatur habere legiti-
mam ſuam in d. corpore, & quod illud ipſo iu-
re ſibi in legitimam imputetur, adeo quod pa-
rens poterit aliquam rem ſui patrimonii filio
aſſignare pro legitima, & filius cogetur illam
habere, ꝓ quo facit quia heres inſtitutus in ſimi
li cogitur habere pro ſua Falcidia, ſeu Trebel.
illam rem hereditariam quam teſtatur reſerua
uit heredi, & non incluſit in legato, nec in fidei
cõmiſſo §.ſi quis vna Inſt.de fideic.hered. Alia
concluſio eſt, quod filius non cogitur habere
pro ſua legitima pecuniam quam ſibi parens
reliquit pro ſua legitima ita Bar. in l.ſuus quo
que in fi.prin.ſ. de hered.inſt. ſequuntur comu
niter Doct. vt hic dicit Rip. nu. 126. Rõ quia
cum legitima mero iure ſit debita in rebus pa-
trimonii, & ſubſtantie parentis que exiſtit tem
pore mortis d.l.Scimus §.repletionem, ex quo

eſt quota patrimonii ipſius vt dictũ fuit ſ. propterea nõ debet poſſe eidem inuito ſolui legitima in aliis rebus argumẽto l. 2. §. 1. ff. ſi certper. Aliqui tamen tenuerunt contrarium ex quo teſtator poſſet relinquere pecuniam heredi per ſua trebellianica l. deducta §. nummis ſ. ad trebell. & quia filius poteſt inſtitui in aliqua minima quantitate glo. in l. 3. §. ſed utrum ff. de min. ſed iſta non obſtant, Et ad primum de
115 trebel. eſt clara ſolutio * quia ideo poteſt relinqui pecunia pro trebellianica quia illud relictum factum heredi, facit ꝙ fideicommiſſum vniuerſale, ſit ſolum de reſiduo, & ꝙ tantum de hereditate quantum eſt quantitas relicta heredi dicatur eidem reſeruatum, ita ꝙ diſpoſitio trebelliani circa detractionem trebellianice ex ipſo fideicommiſſo ſolum poteſt habere locum in eo quod deeſt ad ſupplendam quartam, inſt. eod. §. fi. & l. in quantitate §. pen. & fi. ſ. eod. que ratio non militat in legitima quoniam relictum pecunie non impedit quin mero iure tota legitima ſit & cenſeatur debita in bonis ſubſtantie illius defuncti, cũ eſſet debita etiam ante ipſum relictum igitur illo inuito non poterit ſibi ſolui legitima in pecunia d. l. 2. §. 1. Ad aliud dicitur ꝙ inſtitutio filii facta in modica quantitate valebit quidem quoad effectum, vt filius non poſſit dici preteritus, & ita loquitur glo. in d. §. ſed vtrum, ſed non quo ad effectum, vt cogatur habere illam quantitatem ꝓ ſua legitima, nam ſciendum eſt, ꝙ in caſu propoſito filius nõ repudiabit inſtitutionẽ factam in quantitate, ſed dicere poterit ꝙ acceptat ipſam inſtitutionem ſeu aliud relictum, ſibi factum, cum hoc tamen ꝙ quantitatem ſibi relictam poſſit habere nõ in pecunia ſed in rebus, quia in rebus debetur legitima, quod etiam fuit de mente Bar. in l. ſuus quoque in princ. ff. de her. inſt. & iſta concluſio iudicio meo procedit etiam in legitima que debetur aſcendentibus, vt non poſſit illis inuitis ſolui ſeu preſtari in quantitate, nam licet legitima aſcendentibus debeatur ſolum de iure poſitiuo non autẽ de iure naturali Bal. in l. 1. §. ius naturale ff. de iuſt. & iur. attamen cum mero iure ſit debita in bonis defuncti nõ debet illis inuitis poſſe ſolui, in alia re quẽmadmodũ dictum fuit ſ. de falcidia & trebellianica, que licet debita ſit ſolum de iure poſitiuo, quia tamen mero iure debetur in rebus hereditarie portionis, non poteſt inuito herede, illi perſolui in rebus que ſint vel extra hereditatem vel ex portione coheredis, eſt verum ꝙ Bal. & Philip. Fran. in c. ſi pater colum. 8. de teſt. & Rip. hic nu. 127. tenuerunt cõtrarium in legitima aſcendentiũ per illã rationem quia ſolum debetur de iure poſitiuo, ſed eorum oppin. non probo, Quarta eſt dubi
116 tatio * An ꝑdicta regula ꝓcedat in his que relinquuntur filiis ex vi conditionis circa quam ſunt opiniones, nam Bart. hic & in l. Papinianus, §. ſi conditionis ff. de inofficio Fulg. iñ d. §. repletione tenent ꝙ ſic, quia imputatur patrono in legitimam l. etiam §. pen. ſ. de bonis. lib. nec poſſumus dicere ſecũdum eos ꝙ aliud ſit in legitima patroni, ex eo quia ſit minus debita quam ſit legitima filii glo. in l. ſi quis legatũ §. 1. ff. de falſ. quia in omnibus aliis que circa imputationem in legitimam patroni decidunť in d. l. etiam §. ſi inſtitutus & ſeq. ſeruať eadem deciſio circa imputationem in legitimam filii l. Papinianus §. ſi quis mortis ff. de inoff. nec etiam ſecundum eos dicendum eſt ꝙ tex. in d. l. etiam §. penu. loquať ſolum quando id quod relinquiť ex cauſa conditionis ipſius liberti ex quo illa verba poſita in textu, videlicet ſi tamen ex bonis liberti profectum ſit, habent iſtum ſenſum videlicet ſi tamen ex iudicio liberti ꝓfectum ſit quia illud quod accipiť ex iudicio defuncti, ſemper dicitur accipi ex eius bonis vt ſ. declarabitur, Adducunt etiam text. in d. l. Papinianus §. ſi conditioni, dum ibi dicitur ꝙ filius dum ſciens accipit id quod fuit ſibi relictum, ex vi conditionis videť agnoſcere iudiciũ defuncti, Et ꝓpterea excluditur a querela inofficioſi ſolutio autem quam dant tenẽtes cõtrarium videlicet ꝙ ex hoc dicto nõ ſequiť ꝙ illud quod accipit filius ex vi cõditionis ſit ſibi in legitimã imputandum, quoniam etiã poſt approbationẽ teſtamenti quis poteſt petere legitimam, dummodo illi expreſſe non fuerit renuntiatum l. ſi quando §. & generaliter C. de inoff. nõ poteſt d. ſolutio procedere, quia preſuppoſito ꝙ datum ex cauſa cõditionis cenſeať relictum in compẽſationẽ legitime proue cenſenť omnia alia relicta auc. nouiſſima C. de inoff. ſequiť ꝙ ſi filius acceptat relictum ſibi in vim cõdõnis, ꝓpter quod videť approbare iudicium defuncti vt diciť in d. l. §. ſi conditionis ꝙ etiam videť approbare eius iudicium vt illi ĩputeť in legitimam, pro cõcurrenti quãtitate. Contrariam opin. ꝙ iſta non imputenť in legitimam firmant communiter Doct. vt hic atteſtatur Alex. col. 12. Pic. col 74. Rip. nu. 196. mouetur quia id quod accipitur cauſa conditionis diciť accipi extra hereditatẽ vt dicitur in l. noſtra ad fi. & quia ꝓpter illud quod fuit relictum cauſa cõditionis nõ videť ꝙ poſſit impediri quin mero iure legitima in aliis rebus debeatur, cum enim legitima debeať, a die mortis, & nõ capiat aliquid interuallum, eius obligatio l. cũ queriť l. ſcimus C. de inoff. apparet ꝙ debitum legitime preuenit implemẽtũ conditionis, & obligatio legitime capiat initium antequã conditio impleatur, & quia legitima, nõ debet pẽdere a poteſtate eius qui debet implere conditionem, Iſta omnia argumẽta pertinẽt ad ꝓbandum ꝙ pretextu eius quod ex vi cõditionis relinquiť nõ impediať quin mero iu

re legitima debeat̃ in aliis rebus defuncti, & ad
probandum ꝙ filius non cogatur habere illud
pro ſua legitima, ne cogat̃ expectare implemē-
tum cōditionis Nam ad hoc pertinet illud ar-
gumētum ꝙ filius debet habere legitimam in
rebus quæ ſint ex ſubſtantia & bonis paternis
d.l. ſcimus §. repletionem. Nam ex hoc ſequi
tur ſolum quòd filius non cogatur habere le-
gitimam in eo quod ſit ſibi relictum, ex vi con
ditionis cum ſit extra ſubſtantiam defuncti.
Ad idem etiam pertinet aliud argumētum vi-
delicet ꝙ debitum legitimę preuenit īplemen-
tum conditionis & nō recipit aliquod interual
lum & ꝙ legitima non debet pendere a poteſta
te eius qui debet implere conditionē, Nam ex
hoc argumēto ſolum ſequit̃ ꝙ ꝓpter relictum
ex cauſa conditionis nō īpediat̃ quin mero iu-
re debeat̃ legitima in aliis rebus, & ꝙ filius in-
uitus nō cogat̃ habere illud pro ſua legitima,
nec preſtolari implemētum conditionis nō au-
tē pertinēt ad ꝓbandum ꝙ vbi filius voluit ha
bere, relictum ſibi ex vi conditionis, & in hoc
agnouerit iudicium defuncti, quin iſto caſu te
neat̃ illud imputare ſibi in legitimam. Poſtpo-
ſitis igit̃ quę ceteri dixerint, Ego puto ꝙ predi
ctæ oponiones poſſint federe diſtinctionis ad
cōcordiam reduci, & ꝙ circa predictum articu
lum ſint conſtituendæ due concluſiones.

117 Prima eſt * ꝙ vbi filius acceptauit id quod
fuit ſibi relictum ex cauſa cōditionis, teneat̃ il-
lud in ſuam legitimam īputare, & compenſare
& in terminis huius concluſionis ꝓcedit prima
opin. Bar. & Fulg. ſupra relata, & loquit̃ tex.
in d. l. Papinianus §. ſi conditioni vt ī. dictum
fuit, in iſdē etiam terminis intelligi debet tex.
in d.l. etiam §. pen. Hanc concluſionem mani-
feſte ꝓbat tex. in d. Auc. nouiſſima dum ibi
dicit̃, ſufficere, ſi quoque relicti titulo reliquat
legitimā. Hec.n. verba videnẗ etiam cōprehen
dere relictum ex cauſa cōditionis quia licet nō
tranſeat cōditio in diſpoſitionē dicit̃, tamen id
quod eſt in conditione haberi ex iudicio vlti.
voluntatis defuncti l. quidam teſtamēto §. ſi. &
quod ibi not. ī. de leg. primo notant Doct. in
l. ſi quis ſub conditione dandorum decem ȷ. ſi
quis om. cauſa teſt. Et rō huius cōcluſionis eſt,
quia id quod datur filio ex vi conditionis cen-
ſet̃ relictum filio in compenſationem legitimæ,
vſque ad cōcurrentem quantitatem prout cen
ſent̃ omnia alia relicta d. Auc. nouiſſima d. l.
omnimodo C. de inoff. vnde ſequit̃ ꝙ vbi fue-
rit acceptatum oīno in legitimam ſit imputan-
dum, nec huic cōcluſionis obſtant ea que ȷ. ad-
ducta fuerunt in cōtrarium quia vt dictum fu
it ī. non pertinent ad ꝓbandum ꝙ filius non te
neat̃ imputare in legitimam id quod fuit ſibi re
lictum cauſa conditionis vbi illud fuit accepta
tum. Nec poſſumus dicere id quod hic dicit
Rip. videlicet ꝙ filius dicat̃ habere ex euentu
& vti extraneus id quod habet ex vi conditio-
nis non autem ex cauſa patris, nec vti filius,
& ꝙ hac ratione non ſit imputandum in legiti-
mam, quia hoc dictum eſt falſum, ex quo clarū
eſt ꝙ id quod habet̃ ex vi conditionis dicit̃ ha
beri ex iudicio patris d.l. quidam teſt. §. ſi. & ꝙ
pater videt̃ illud filio relinquere nō tanq̄ extra
neo, ſed vti filio ꝓ ſua legitima, vt dictum fuit.

118 Alia eſt concluſio * ꝙ vbi filius non acce
ptauit id quod ſibi relictum fuit ex cauſa con-
ditionis nō cogat̃ illud habere aut ſibi imputa-
re in ſuam legitimam, & in terminis huius cōclu
ſionis procedit communis opinio ſ. relata, &
ratio huius concluſionis eſt quia cum relictum
cōditionis non poſſit impedire quin mero iure
ī rebus ſubſtantie paterne debeat̃ legitima quę
debet̃ tempore mortis, & non recepit temporis
interuallum, vt dictum fuit ſ. idcirco nō pote-
rit inuito filio ſibi ſolui legitima in alia re pre-
ſtanda ex vi cōditionis argumēto l. 2. §. 1. ff. ſi
cer. pet. & etiam quia non cogit̃ filius preſtola
ri implemētum cōditionis. Et ꝓ iſta diſtintione
mihi videt̃ caſus in d.l. Papinianus, §. pen. iun
cto §. ſi quis mortis in quibus habet̃ ꝙ licet id
quod relinquit̃ filio per diſpoſitionem vltime
voluntatis ſufficiat ad impediendum ne filio de
ferat̃ querela inofficioſi d. §. ſi quis mortis, tamē
relictum cauſe cōditionis nō impedit quin me-
ro iure deferat̃ querela ſed ſolum operat̃ exclu
ſionē querele vbi filius illud relictum accepta-
uit vt dicit̃ in d. §. pen. Ita in propoſito, q̄uis
relictum per diſpoſitionem vltime voluntatis
impediat ne mero iure in aliis rebus debeat̃ le-
gitima, & ne mero iure competat petitio legiti
me, ſed ipſo iure illud in legitimam īputat̃ vt
dictum fuit ſ. tamē relictum ex vi conditionis
nō eſt efficax ad impediendum quin mero iure
debeat̃ legitima, & cōpetat petitio ſupplemēti
legitimę in aliis rebus nec ad faciēdum ꝙ filius
cogat̃ habere relictum ex vi conditionis ꝓ ſua
legitima, veruntamē vbi illud relictum ex cau
ſa conditionis fuit acceptatum filius cogendus
eſt illud imputare ſibi in ſuam legitimam, & ꝓ
cōcurrenti q̄titate excludendus eſt, ne poſſit pe
tere legitimam in aliis rebus, Ratio autem diffe
rentie inter relictum per diſpoſitionem vltime
voluntatis, & relictum per conditionem, ea eſt
quia relictum per diſpoſitionem eſt efficax ad
actionem, & filius ſtatim poteſt illud cōſequi, &
filius dicit̃ illud ſtatim habere quia ex eo domi
nium recta via tranſit in eum l. a titio ff. de fur.
l. cum pater §. ſurdo ff. de l. 2. propterea pōt eſſe
efficax ad īpediendum ne mero iure, in aliis re-
bus legitima debeat̃ ſecus autem in relicto ex
cauſa cōditionis quia nō eſt efficax ad actionem
nec ad faciendum ꝙ dominium tranſeat in fili-
um, q̄uis id quod ei dandum eſt ſit hereditta-
rium & ex bonis & ex ſubſtantia paterna, pro
pterea nō poteſt eſſe efficax ad impediendum,
quin mero iure legitima in aliis rebus debeat̃,
maxime quia filius nō debet preſtolari īpleme

tum conditionis ad cōſequendam ſuam legitimam cum implementum conditionis pendeat à poteſtate illius qui illam debet implere iuxta quam diſtinctionem ſunt aliquæ difficultates.

119 Prima eſt ✶ an dicta diſtinctio procedat etiã in caſu quo per cōditionem ſit relictum aliquid quod non ſit hereditarium. Prima facie videretur dicēdum ꝙ non per tex. in d. l. etiam §. pen. ſ. de bon. lib. Et quia nec etiam imputatur in falcidiam ſeu trebellianicam id quod accipitur extra hereditatem, vt in l. noſtra ad ñ. & quia filius debet habere legitimam in bonis & ſubſtãtia patris d. §. repletione, & hanc opinionem tenuerunt Ang. & Rip. hic nu. 138. Ego verò teneo contrarium, videlicet quòd imo poſtquam fuit acceptatum iſtud relictum ex cauſa conditionis ſit omnino in legitimam imputandum quamuis id quod dandum eſt, non ſit de bonis & ſubſtantia patris quemadmodum ſ. diximus de relicto pecuniæ, quia & ſi filius non cogatur habere pecuniam relictam ꝓ ſua legitima, vbi tamen acceptauit relictum pecuniæ cogitur habere pro ſua legitima dictam pecuniam, quamuis non eſſet in patrimonio patris. Nec obſtat quod dicitur in d. l. etiam §. pen. in his verbis, ſi tamen ex bonis defuncti profectum ſit quia dico aduertendum quòd omne illud quod accipitur ex defuncti iudicio quantum ſit ad commodum illius à quo relinquitur, dicitur profectum ex bonis defuncti l. non amplius in princ. l. ciuitatibus §. fi. ſ. de leg. 1. Vbi dicitur ꝙ datum cauſa cōditionis pertinet ad diminutionem eius quod fuit relictum legatario. Hinc videmus ꝙ etiam legatum rei alienę dicĩ profeciſci ex bonis & hereditate teſtatoris ex quo pertinet ad diminutionem ſuæ hereditatis l. legatum eſt in prin. ſ. eod. illud autem quod dicitur in l. etiam §. pen. in dictis verbis ſi tamen ex bonis liberti profectum ſit pertinet ad excludendum illud, quod patronus habuit à liberto cauſa conditionis, ſed non ex iudicio liberti, ſed alterius puta ſi eſſet inſtitutus libertus heres ab aliquo ſub cōditione ſi aliquid dediſſet patrono, quia illud non imputaretur in legitimam patroni ſibi debitam in bonis liberti quamuis id quod dediſſet libertus patrono eſſet de patrimonio liberti, nō autem pertinet ad excludendum aliquid quod patronus haberet ex aliquo iudicio vltime voluntatis liberti, ſimiliter non obſtat aliud, videlicet ꝙ nō imputatur ipſo iure in falcidiam ſeu trebellianicam id quod accipitur extra hereditatem, quia ſolutio eſt clara, ꝙ ideo non imputatur in falcidiam ſeu trebell. ipſo iure id quod accipitur cauſa conditionis, & cenſetur accipi extra hereditatem non ex hereditate, quia ſi ſecus fieret eſſet in preiudicium illius à quo hæres accipit vt declaratum fuit ſ. in tractatu imputationis in falcidiam & trebellianicam, ſed vbi nō pertineret in preiudicium eius à quo heres accipit, ſed magis ad eius cōmodum vt dicatur accipi ex hereditate id quod fuit relictum ex cauſa cōditionis tunc indubitatũ eſt ꝙ cēſeatur accipi ex hereditate d. l. nō amplius in prin. d. l. ciuitatibus §. fi. Vnde cum in caſu noſtro, ꝙ dicatur accipi ex hereditate id quod filius habuit ex vi conditionis ad effectum vt ſibi imputetur in legitimam, non ſit in preiudicium illius à quo heres accipit, ſed magis ad eius cōmodũ. Igĩ &c. Preterea ſicut illud quod accipitur cauſa conditionis imputatur ſaltem ope exceptionis in falcidiam ſeu trebell. ad cōmodum illius à quo accipit ita etiam ope exceptionis debet imputari, in legitimam filii, nec obſtat ꝙ filius debeat habere legitimam in bonis & ſubſtantia patris, quia admitto quod inuitus non cogitur habere legitimam in alia re, tamen dico ꝙ ex hoc non ſequitur, quin vbi acceptauit relictum alterius rei, teneatur dictam rem in legitimam imputare vt dictum fuit ſ. in relicto pecunię. Alia

120 eſt difficultas ✶ quid ĩ caſu quo filius petierit legitimam antequam acceptet implementũ conditionis prout poteſt ex quo mero iure eſt debita, & non tenetur preſtolari implementum conditionis, vt ſ. dictum fuit. An poſt exactam legitimam poterit etiam conſequi implementum cōditionis. Ad hoc reſpondetur ꝙ non, ſed quod pro concurrenti quantitate, eius quod exigiſſet occaſione legitime, conditio videretur impleta argumento eorum quæ notat Bart. in l. iul. ſ. de cond. & dem. & ratio eſt quia relictum cenſetur datum filio in compenſationem legitime, vt ſupra dictum fuit.

121 Quinta eſt dubitatio ✶ an predicta quę accipit filius iure legati vel fideicommiſſi, vel conditionis implende cauſa, & que illi imputantur in legitimam, ſint imputanda ſolum ad commodum illius à quo accipit, an vero etiam ad commodum vniuerſorum à quibus poſſet peti ſupplementum legitimæ, videretur prima facie dicendum quòd ſolum ad eius commodum à quo heres accipit, quēadmodum imputantur in falcid. ſeu trebell. ſolum ad commodum illius, à quo heres accipit l. neſennius §. 1. ſ. eod. & dictum fuit ſ. circa imputationem in falcid. & trebell. Et qui ſi imputaretur ad commodum vniuerſorum hoc eſſet in preiudicium illius à quo filius vel patronus accipit, igĩ &c. per ea quæ dicta ſunt ſupra circa illam imputationem quæ fit ope exceptionis in falcidiam ſeu trebellianicam. His tamen non obſtantibus, ego ſum in cōtraria opinione. Videlicet quòd imo in legitimam imputabitur ad cōmodum vniuerſorum à quibus poteſt peti ſupplementum legitimæ, hoc. n. eſt indubitatum in his que accipiuntur ex diſpoſitione vlt. voluntatis & ex ſubſtantia teſtatoris, quia vt dictum fuit mero iure imputantur in legitimam & efficiunt ꝙ pro ipſorum concurrenti quantitate legitima in alus rebus non debeatur, vnde negari non poteſt quin imputatio fiat quoad omnes id autem quod dicitur de

citur de imputatione in falcidiam ſeu trebel. vt imputet̃ ſolum ad cōmodum eius, à quo heres accipit, procedit non in illa imputatione, que fit ipſo iure in cōputatione falcidie ſeu trebel. & que efficit ꝙ ceſſat diſpoſitio falcidie ſeu trebel. circa detractionem quarte, ſed ſolum in ea imputatione, que fit opē exceptionis per modum cōpenſationis, vt ī. declaratum fuit ſolum pōt eſſe dubō in eo, quod accipit̃ ex vi condōnis, vel etiam ex diſpōne vlt. voluntatis quod non fit ex ſubſtantia patris, de quo non fit imputatio ipſo iure in legitimam, ſed ſolum ope exceptionis, poſtq̃ filius acceptauit relictum, vt ī. d. fuit, tamen idem dicēdum eſt, iudicio meo, vt imputatio fiat quo ad omnes. Ratio eſt, quia à quocunq; relinquat̃ cenſet̃ relictum eo propoſito, vt imputet̃ filio in legitimam, Auc. nouiſſ. l. oīmodo in princ. & §. imputari C. de inoff. quēadmodum igit̃ quo ad oēs fit imputatio in falcid. ſeu trebel. quando relictum fuit heredi ea lege, vt illud īputet̃ in falcidiam l. quod āt ī. eod. & dictum fuit ī. ita etiā imputandum erit filio in legitimam, quo ad omnes id, quod ex iudicio patris accipit in vltima voluntate, cum ſemper videat̃ relictum pro ſua legitima. Et per hoc patet rō differentie inter imputationem in legitimam, & imputationem in falcid. ſeu trebel. quia non ita regulariter videri pōt relictum heredi pro ſua falcidīa ſeu trebe. prout videtur relictum filio pro ſua legitima. Nec obſtat ſi dicat̃ iſtud eſſe in preiudicium eius à quo filius accipit, ex quo tanto minus ad eius cōmodum imputaret̃ in legitimam, ſi ad cōmodum vniuerſorum fieret īputatio in legitimam, quoniam reſpondet̃ ꝙ iſtud eſt admittendum in preſenti caſu, tamen quia in iſto relicto facto filio cum videat̃ factum in cōpenſatione ſue legitime teſtator videt̃ voluiſſe prouidere nō ſolum filio, ſed ēt quibuſcunq;, à quibus poſſet deberi legitima; quēadmodum in caſu, vbi aliquid relinquit̃ creditori alterius l. fideicō. §. interdum ī. de leg. 3. Filius. n. in legitima eſt veluti creditor l. ſiquis legat. cum glo. ff. de falſ. l. fi. & ibi not. C. de cod. l. ſi patronus ff. de don. Accedit quia iſtud preiudicium eius, à quo accipit̃ admittit̃ in caſu quando datum fuit legatum heredi ea lege vt illud imputet̃ in falc. ex quo teſtator in dicto legato videt̃ voluiſſe proſpicere non ſolum heredi cui legauit, ſed quibuſcunque à quibus poſſet deberi falcidia d. l. quod autem & dictum fuit ī. in tract. Imputationis in falcidiam.

122 Quarta regula eſt * de his, que non in morte defuncti, ſed per aliquod tempus poſt, puta poſt aliquem diem, vel poſt euentum condōnis ex diſpōne patris ad filium perueniunt, nam iſta nullo modo filio in ſuam legitimam īputabunt̃. Hec concluſio ſeu regula fuit de mente Bart. & oīum Doc. in pen. & vlt. queſtione dum. n. concludunt ꝙ ita demum id quod relinquitur filio in diem vel ſub condōne ex ſubſtitutione, aut alia diſpoſitione illi īputet̃ in legitimam, ſi pro concurrenti q̃titate legitime, detrahit̃ dies vel condō per l. quoniam in prioribus C. de inoff. alias ſecus aperte p̃ſupponunt ꝙ iſta relicta, ex quibus nō detrahit̃ dies vel condū, & ex quibus filius non pōt accipere niſi poſt diem vel condōnem, non autē in morte teſtantis, non īputant̃ in legitimam. Rō huius regule eſt, quia cum ipſo iure legitima ſit debita & detracta in morte teſtantis non pōt recipere compenſationem eius quod filius poſtea debet accipere in euentū diei vel condōnis. Nam debitum exactum non recipit cōpenſationē & per hanc rōnem Bald. in d. l. ſcimus in prin. C. de inoff. concludit non īputari filio in legitimā fructus, quos percepiſſet poſt mortē parentis, non. n. videri poteſt relictum in cōpenſatione legitime, id quod filio relinquit̃, et datum fuit in aliud tp̄s q̃ in illud in quo venit & eſt ipſo iure detrahēda legitima, quēadmodum non pōt videri relictum pro trebel. id quod relictum fuit non in tp̄s reſtituende hereditatis, ſed per aliquod tempus poſt reſtitutā hereditatem, & poſtq̃ ipſo iure eſſet detracta trebellianica ex ipſo fideico. vt dictum fuit in articulo falcidie, & in artic. treb. & ſicut non īputat̃ heredi in trebellianicam id quod accipit à fideic. vniuerſali, poſt reſtitutam hereditatem, & poſt detractam mero iure trebellianicam. l. liberto §. ſi filium ī. de ann. leg. & dictum fuit ī. ita etiam non debet imputari filio in legitimam id quod ſibi datum fuit poſtq̃ ipſo iure debita & detracta fuit legiti
123 ma. Iuxta quam regulam videndum eſt * q̃ ſint ea relicta facta filio, ex quibus detrahit̃ dies & conditio & ex quibus non detrahitur, quia illa ex quibus detrahitur veluti relicta in morte, imputabuntur illa vero, ex quibus non detrahitur, non imputabuntur. Ad intelligentiam hujus queſtionis poſtpoſitis, quæ alii dixerint, quorum tamen dicta poſtea examinabi
124 mus. Sciendum eſt ꝙ * licet in l. quoniam in prioribus C. de inoff. generaliter deciſum ſit, ꝙ ex relictis factis filio, vel aliis perſonis, qui potuiſſent mouere querelam inoff. pro concurrenti quantitate legitime detrahat̃ quodlibet onus conditionis vel temporis, aut alterius grauaminis, dicta tamen deciſio non ſe extendebat ad caſum, quando heres inſtitutus eſſet grauatus reſtituere hereditatem filio cum moreretur, vel poſt aliquid tempus. Verum iſtud ſpecialiter fuit poſtea inductum per tex. in l. ſcimus §. cum autem C. de inoff. vt ibi clare deciditur. Quæ autem fuerit ratio, quare deciſio d. legis quoniam in prioribus, non comprehenderet fideicōmiſſum iniunctum heredi ſub aliqua cōditione vel tēpore alii Doct. nō declararunt. Ego vero exiſtimo iſtud eſſe, ea rōne, quia diſpoſitio d. l. quoniam in prioribus, licet contineret quòd detrahatur pro concurrenti quantitate legitime, quodlibet onus ex relictis factis filio non tamen continebat quòd propterea adimeretur ab aliquo id quod illi relictum fuerat, & transferret̃

in filium,& ꝓpterea cum iã hereditas fuiſſet reli
cta heredi,ꝓpter deciſionem d.l. quoniã in prio
ribus nõ poterat adimi dies vel cõditio ex illo fi
deicõ.per quod heres grauabaĩ reſtituere here-
ditatẽ filio , quia per hanc ademptionem fuiſſet
adempta hereditas ab illo herede , cui fuerat da
ta, & tranſlata in filium , & hac rõne fuit neceſſe
iſtud de nouo inducere in d.l. ſcimus §.cum au-
tem. Secundo aduertendum eſt ꝙ deciſio d. l.
quoniam in prioribus debet ita intelligi,vt dies
vel conditio detrahatur ex relicto facto filio pro
quantitate legitimæ, que ab illo grauato ꝓ ſua
rata poſſet filio deberi , non autem pro integra
legitima , & ſic pro aliarata legitime , que ab
aliis heredibus poſſet deberi, gratia exempli, ſi
ſint duo heredes , & alter ipſorum nominatim
grauatus eſſet aliquid dare filio ſub conditio-
ne vel poſt tempus per diciſionem d.l.quoniam
in prioribus,detraheretur dies vel conditio pro
rata legitime que poſſet peti ab illo grauato,
ſed nõ detraherei ꝓ illa q̃titate legitime que poſ
ſet peti ab alio coherede,& ideo ab illo alio he-
rede peti poſſet ſupplemẽtũ legitime ꝓ ſua par
te,quia ꝓ dicta parte firma remaneret dilatio cõ
ditionis vel temporis. Hec iudicio meo eſt veriſ
ſimum licet alii in ſpetie ad iſtud nõ aduerterint
nĩ de hoc videĩ caſus apertus in d.l.ſcimus §. cũ
autẽ,dum vult,ꝙ cõditio detrahaĩ ex fideicom.
quo heres grauatur reſtituere hereditatem filio
ita tamẽ vt ille heres habeat illud quod ſibi fuit
relictum cum legitimo moderamine,que verba
danotant, ꝙ habeat cum legitimo moderamine
eius quod pro legitimo ſupplemento ab illo de
betur, & peti poſſet, ita ꝙ detrahatur conditio
pro rata legitimi moderaminis, & nõ vltra . Eſt
etiam ratio admodum manifeſta & concludens.
Nam cum detractio conditionis & temporis ex
relictis quæ dantur filiis,ſubrogata ſit loco ſup-
plementi legitime , quód peti poteſt per filium
vt dicit tex. in d. l. quoniam & in dicto §. cum
autem , igitur ſequitur quód detrahatur con-
ditio ſolum ꝓ rata ſupplementi legitime , quę a
grauato poſſet deberi,l.ſi eum §.qui iniuriarum
ff.ſi quis caut. Et ꝓfecto iniquum eſſet ſi cũ gra-
uatus tenereĩ ſolum ad dimidiã eius quod filio
poſſet deberi ꝓ legitima detraherei dies & cõdi
tio ex fideicõ.ſeu legato,quod grauatus fuit p̃-
ſtare illi filio nõ ſo lũ ꝓ dimidia ſupplemẽti legi
time,quod ab ipſo debereĩ,ſed etiã ꝓ alia dimi-
dia que ab alio nõ grauato debereĩ , q̃a hoc mo
do iſte grauatus ſubſtineret onus totius legiti-
me,& nõ haberet id quod relictum ſibi fuit cum
legitimo moderamine contra text. in d. §. cum
autem,& ſequeretur ꝙ detractio conditionis ſeu
temporis pro iſta alia dimidia magis pertineret
ad commodum coheredis non grauati,quia per
hoc releuaretur ab onere dimidie d. ſupplemen
ti quàm in commodum ipſius filii eum omnino
ipſe habiturus eſſet ab iſto non grauato dimi
diam d. ſupplementi quamuis conditio , vel
tempus pro dicta parte non detraheretur ex
lagato ſibi facto quod etiam vltra prædicta
comprobatur ex pluribus aliis, de quibus ſta-
tim infra dicetur. Ex hoc reſoluuntur plu-
res quæſtiones de quibus ambigunt Docto. nec
eas recte reſoluit. Nam primo reſoluitur illa
125 queſtio * An quando filius ſubſtituiĩ here
di inſtituto per fideicommiſſum ſub aliqua con
ditione vel die detrahatur ex illo fideicommiſſo
conditio vel dies, & imputetur in legitimam
Bart.& communiter alii hic concludunt condi-
tionem & diem detrahi. Et propterea fideicom-
miſſum imputari filio in legitimam per d. l. ſci-
mus §. cum autẽ, oppoſitum videĩ velle Bal. in
d.l. ſcimus §. repletione verſ.7. noto. Cõcludit
n.ꝙ vbi filius ſit inſtitutus,in minus legitima,&
ſubſtitutus fratri ſub cõditione ſi deceſſerit ſine
liberis ꝙ non imputabiĩ filio in legitimam , id
quod accipit ex huiuſmodi ſubſtitutione quia
ſubſtõ pendet,ex euentu cõditionis & legitima
nõ recipit diem vel cõditionẽ & in hoc preſup-
ponit,nõ detrahi diem vel cõdõnem ex d. ſubſti
tutione fideicõmiſſaria , quam tamẽ deciſionem
Bal reꝓbat Alex. hic colum. xii. ad fi. & conſ.
176.colum.ſecunda in quinto.Ego vero dico ꝙ
preſens queſtio reſoluiĩ ex his que ſ. dicta fue-
runt , ex quibus patet ꝙ iſte opiniones poſſunt
ad cõcordiãm reduci , Nam ſi loquimur in caſu
quo filius fuit ſubſtitutus õnibus heredibus vel
vni tãtũ, qui ſit ſolus heres ĩſtitutus , tunc abſq;
dubio vera erit illa opinio ꝙ detrahei cõditio ꝓ
concurenti quantitate ipſius legitime . Et pro-
pterea ꝙ d.ſubſtitutio ſeu fidecõmiſſum imputa
retur in legitimam, quia cum ſit facta ſubſtõ fi-
deicommiſſaria oĩbus his,à quibus debeĩ legiti-
ma,& cõditio illa detrahenda eſt a ſubſtitutione
cuiuslibet pro rata legitime,q̃ ab vnoquoq; ipſo
rum debeĩ , neceſſe eſt ꝙ detrahaĩ pro integra le
gitimã,quia ĩtegra legitima ab heredibus debeĩ
& ab ipſis heredibus peti poteſt,q̃a vt j.dicemus
ſupplementum legitime nõ debeĩ nec petiĩ a le-
gatariis particularibus , & ĩ his terminis ꝓcedit
& loquitur tex. in d. l. ſcimus §.cum autem nec
iſtud negauit Bal. quia ipſe in d. §. cum autem
expreſſe cõcludit detrahi cõditionem ex fideicõ
ꝓ cõcurenti q̃titate legitime quoniam eſt vnus
heres inſtitutus inſolidum & grauatus poſt mor
tẽ reſtituere hereditatẽ filio teſtatoris, ſed in ca-
ſu quo ſunt duo, vel plures heredes inſtituti &
vnus tantum ex ipſis grauatus reſtituere heredi
tatem filio ſub d. conditione ſi deceſſerit ſine fi-
liis , quia in caſu iſto nõ detrahiĩ conditio niſi ꝓ
illa rata legitime , que debetur ab illo qui eſt
grauatus & ab eo peti poteſt & ſolum pro dicta
rata fideicommiſſum imputabitur in legitimam
ideſt in illam partem legitime , quæ ab illo
grauato debetur, ſed quia non detraherei con-
ditio nec dies pro illa parte legitime que debeĩ,
et peti poteſt ab aliis heredibus qui non fuerunt
grauati,ſed pro dicta parte legitima eſt ſupplen

da. Concludendum eſt non imputari, ſed procedit prædicta regula, & opin. Bal. in d. §. repletionem, preſupponit enim non detrahi conditionem, neque tempus ex dicto fideicommiſſo. Nec obſtat tex. in d. §. cum autem, quia vt ſupra dictum fuit loquitur ſolum in caſu, quando fideicommiſſum fuit relictum ab omnibus heredibus, vel ab vno qui ſit inſolidum inſtitutus, & à quo ſolum preſtandum erat integrum ſupplementum legitimę, nō autē in caſu iſto quando fuit fideicommiſſum relictum ab altero herede tantum, à quo non erat preſtādum integrum ſupplementum legitimę, ſed ſolum pars dicti ſupplemēti. Hoc quod concluſum fuit in fideicommiſſo hereditatis relicto ſub conditione illi filio procedit etiam in legato vel fideicommiſſo particulari eidem relicto, vt videlicet detrahatur conditio vel tempus vſque ad concurrentem quantitatem ſupplementi legitimę, quando legatum fuit ab omnibus heredibus, vel ab vno qui ſit inſtitutus inſolidum, ſed vbi nominatim ab altero tantum detrahatur ſolum pro rata ſupplementi quod ab ipſo grauato præſtandum eſſet, non autem pro rata ſupplementi quod preſtandum eſſet ab aliis. Reſoluit etiam

